METHODIST BOOK CONCERN,
200 MULBERRY-STREET.

EDITORS' LIBRARY.

No. ~~9. 46.~~ 3. 2 9

19.00

[illegible]

Very rare
See Dibdin

SACRORVM BIBLIORVM TOMVS PRIMVS.

N°

BIBLIA SACRA

HEBRAICE, CHALDAICE, GRÆCE, & Latine

PIETATIS CONCORDIÆ. Isaiæ, 11

ΕΥΡΗΚΑ

PHILIPPI II. REG. CATHOL. PIETATE, ET STVDIO AD SACROSANCTÆ ECCLESIÆ VSVM

CONSTANTIA ET LABORE

CHRISTOPH. PLANTINVS EXCVD. ANTVERPIÆ.

STETITQVE REX SVPER GRADVM, ET FOEDVS PERCVSSIT CORAM DOMINO, VT AMBVLARENT POST DOMINVM; ET CVSTODIRENT PRAECEPTA EIVS, ET SVSCITARENT VERBA FOEDERIS HVIVS, QVAE SCRIPTA ERANT IN LIBRO ILLO. 4. REG. 23.
D.P.F.S.S. PATRVM NOSTRORVM. S.
PIETAS REGIA
AVT GLADIO
AVT VERBO
PHILIPPO II. HISPANIAR. REGI CATHOLICO, QVOD RELIGIONEM EXPIANDAM PIETATEMQ. INSTAVRANDĀ CVRAVERIT POS.
IOSIAE MONVMENTVM RENOVAT.
OB DELETOS ARVSPICES BAAL. 4. REG. 22.
OB TEMPLI SARTATECTA CVRATA. 4. REG. 22.

MVLTIFARIAM MVLTISQ. MODIS OLIM DEVS AD PATRES LOCVTVS EST.
Hebr. I.
ARCANI CONSILII APPARATIO.
I. Corinth. 10.
VERE DOMVS DEI ISTA
ET HÆC PORTA CÆLI.
Declaratio sermonum tuorum illuminat. Psal. 118.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS IN SACRORVM BIBLIORVM QVADRILINGVIVM REGIAM EDITIONEM,

De diuinæ ſcripturæ dignitate, linguarum vſu & Catholici Regis conſilio,

PRÆFATIO.

INTER omnes cogitationum, conſiliorum, actionum, curarum, ſtudiorúmque rationes, quibus humanus animus in hac mortali vita teneri atque exerceri poteſt, nullum genus eſt quod vel naturæ ipſius magis proprium & conſentaneum, vel vtile ac neceſſarium magis, vel ad vitam inſtituendam commodius aptiúſque ſit, quàm certa & clara ſui ipſius cognitio, nec nō vera ac perſpicua originis propriæ, & cauſſæ, quamobrē editus natúſq. fuerit, notitia, ac demū omnium eorum, quæ vel ad ipſius dignitatem & amplitudinē facere, vel ad extremam felicitatem conducere ac pertinere poſſunt, exacta, optiméque ſubducta ratio. Omnibus enim naturis rerum quæ in mundo conditæ conſpiciuntur, finem quendam, & certum ac præſcriptum quoddam negocii actioníſque genus conſtitutū eſſe conſtat. quod vbi rectè excultum præſtitúmque fuerit, ſuis vniuſcuiuſque partibus, dignitati ac perfectioni ſatisfactum eſſe exiſtimatur. Ad huiuſmodi autem rerum defi- *Iob.*
nitionem exempla illa pertinent, in quibus aues ad volatū, equi *Pſ. 113.*
ad curſū, piſces ad frequentādas aquas, dracones, & cete grandia, ad percurrendum mare, nata eſſe dicuntur: atque, vt altius etiam ſpectemus, nubes ad imbuendā imbribus terram, Solíſq. tempe-
randos æſtus, Sol, Luna atque aſtra ad dierum noctiúmq. vicíſsi- *Gene. 1.*
tudines cōſtituendas, & ad gubernanda, fouenda, temperandáq. *Pſ. 113.*
ea omnia quæ ſub cælo ſunt corpora, atque adeò ad orbem terra-

4553 13 M '40M

rum perluſtrandum conſtituta eſſe, vel vſu ipſo comprobantur. Quanquam verò non omnia hæc,quæ cõmemorauimus, rerũ genera,munerũ & officiorum ſuorũ perfectam cognitionem ſortita ſunt, nihilominus tamen impoſitas ſibi à natura partes, adeò apto & certo curſu,adeò decenti atque eleganti dexteritate ſingula trãſigunt, vt perfectiſsimæ cuiuſdam cognitionis ac perſpiciẽtiæ rationem præeuntem ſequi videantur: atque illud certè conſtanti & definita agendi ratione probent, ſapientiſsimam & prouidentiſsimam mentem quandam principem eſſe, cuius nutũ pene intueri, & arbitrium reuereri videantur, conſiliúmq. tantò aptius ac diligentius exequantur ſingula, quantò digniores partes altiorémque naturæ locum ſortita ſunt. Etenim ſi,à primis rerum elemẽtis initio ducto, omnia earum naturarum, quæ ex illis conſtant, loca vſque ad cælum, cælorúmque ignes, atque luces percurramus, nullum profectò reperietur genus, quod, tametſi ſenſus & cognitionis participem naturam non obtineat, iis tamen qui id ſentire & cognoſcere poſſunt, non manifeſtè arguat & probet,quicquid ab ipſis fit, non alienũ eſſe à ratione, ordine & conſilio cuiuſdam omnium rerum gubernatricis mentis, quam Deum appellamus: cuius numen omnia aſsiduo, apto,& perpetuo obſequio reuerentur, efficientia obſeruant, ac pro voce & eloquio, muneribus ſuis certiſsimè & aptiſsimè exequendis, laudant: ſicut ſcriptum eſt: Benedicite omnia opera Domini, Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

OMNIVM autem rerum quæ ſub primo cælo conditæ conſpiciuntur, hominem præſtantiſsimã naturam ſortitum eſſe, ipſa rationum, cauſſarum, efficientiarum & pulchritudinis ſingulorũ generũ, ſapienter obſeruata & collata dignitas apertiſsimè comprobat. cæterarum quippe naturæ formarum ſingulæ, vniuerſi mundi partem aliquam obtinere & tueri, nonnulláque cum aliis cognatione & ſimilitudine coniunctæ,rurſus etiam diuiſæ & propria muneris & actionis virtute inter ſe diſtinctæ obſeruantur. Vna autem hominis natura cæterarum perfectionibus omnium, dignitate,

dignitate, pulchritudine, virtute, habilitate, & aptitudine adeò antecellit, vt nihil egregii in cæteris inueniatur, cuius ille virtutem & viuam imaginem magna ex parte in ſe agnoſcendam non oſtendat: neque inferiores tantùm ſpecies rerum exprimat, ſed mentis vi & rationis, (cuius eſt præcipuè particeps) ipſum optimum atq. maximum Deum, cognatione ferè quadam, aut certè illuſtriſsima & præſtantiſsima ſimilitudine attingat, quandamq. in ſe vniuerſi veluti ſummam vel reipſa habeat, vel ſpecie referat. Quamobrem ab iis qui ſapienti iudicio rerum dignitatem atque virtutem æſtimauerunt, homo ipſe μικρόκοσμος eſt appellatus. Hinc autem illud apertè conſequi videtur, vt cùm omnes aliæ res munus aliquod, in quo verſentur, quódque efficiant, atque propriũ & certum finem, quò peruenire contendant, propoſitum habeãt, eóque præſtantiorem, quò vnaquæque digniores naturæ partes fuerit ſortita; neceſſe ſit vt homini quoque ſuus ſit finis conſtitutus, quò propriarum actionum, totiúsque vitæ dirigatur vſus, & ſuum etiam negocii & muneris præcipuè obeundi genus definitum; ídque adeo pro naturæ ac dignitatis ſuæ ratione, cæterorum infra ſe omnium præſtantiſsimum ſtatuatur.

QVONIAM verò in hominis natura ſingularẽ ac præcipuam quandam virtutem, qua cætera omnia animantiũ genera carent, eámq. vltra agendi facultatem ad conſequendum proprium finem vim quandam eſſe cõſtat, qua finis ipſe, atque eæ res, quæ ad eũ maximè faciunt, cognoſci & optari; eæ etiam quæ nõ aptæ, aut incõmodæ iudicãtur, dignoſci, vitari, ac reiici poſsunt; cúmque huiuſmodi in ipſo virtus vt præſtantiſsima, puriſsima, atq. efficaciſsima, ita præcipuè propria ſit: conſentaneũ maximè fuerit, omnes vitæ actionúmque rationes, huius tantæ virtutis, vbi facultas arbitriúmq. per ætatem acceſſerit, vſu exercitationéq. inſtituere, atque hoc modo, tam admirabili dignitati reſpondere, ſibíque conſtare, ac nobili & probato curſu ad optatum exitum peruenire. Itaque homini non ſolùm iter ſuum diligenter facere, ſed vnde initium, quæ viæ ratio, quis modus, & quis tãdem ſit finis, quænam

nam bene confecti itineris gloria constet, imprimis cognoscere, exploratúmq. habere maximè conuenit. Verùm enimuerò communis cuiusdam humanæ naturæ hostis & aduersarii infensissimi callida excogitatáque malitia & opera accidit, vt hæc tam propria & necessaria, quam indicauimus, in hominibus notitia perturbata fuerit; vt, postquam homo de proprio illustri & celso statu conuulsus, déque adiunctis vltra naturalem facultatem ex diuina gratia magnarum dotum præsidiis deiectus in eum locum, quem nunc tenet, miserè deuenit, si tantùm homo & nullo præterea maiori auxilio instructus, nullo superiori duce vsus, nulla maiori luce illustratus fuerit, quamuis multum cogitet, coniectet, atque exerceatur, nunquam tamen tantum cogitatione & notitia consequatur, vt maxima & copiosissima pars earum rerum quas cognouerit & explorauerit, cum minima earum, quas ignorat, portione conferri compararíq. possit (vt de aliarum etiam virtutum damno in illa prima ruina accepto nihil impræsentiarũ dicamus) ita vt post multum studium, multámque operam adhibitam, tamen in plurimis rebus atque rationibus, quas sibi notas exploratásque esse arbitretur, falli, labi, atque errare tandem deprehendatur. Quanquã enim humana mens veri inueniendi & cognoscendi auida & capax natura sua, atque adeò inuenti amantissima sit: quòd tamen ad illius inuentionem ratiocinatione plerunque vtatur; Gen. 3. sæpenumero accidit ex permixta boni & mali, qua præditus est, cognitione, atq. ex communis aduersarii artibus & dolis, vt aut in ipso ratiocinandi vsu, vel malè explicandis initiis, vel perperã ineunda ratione, decipiatur. Aliquando enim falsa pro veris, incerta pro certis admittuntur, ex quibus nihil verum, nihílve certum deduci queat: & tametsi maximè certa atque explorata principia sint; tamen quòd cum propositi & quæsiti generis ratione non cohæreant, totam argumentationem labefactant. Quòd si hanc cognitionis primam lucem turbatam & obscuratam esse contingat, cæteram omnem actionem & vitæ hinc instituendæ viam vel peruersam, vel certè ancipitem, atque dubiam fore necesse

cesse est: maximè quòd certa quædam vis grauissimi ponderis in hominum membris sentiatur, quæ in deteriorem plerunque partem agentes impellat, atque spreto mentis iudicio & consilio ad sensuum & appetitus obsequium trahat, & quæ maximo conatu suscipi, summóque studio curari atque effici oportuerat; ea vel negligere, vel leuissimè curare; quæ verò cõtemni, despici, ac vitari par fuerat, ea diligentissimè & studiosissimè capessere atq. appositissimè agere & conficere penè cogat, adeò vt vnã hãc ex grauissimis & molestissimis hominũ miseriis D. Paulus apertè docuerit.

QVAM quidem ob rem nonnulli olim magno iudicio præditi viri cùm intellexissent quantum ad actionum humanarum rectè iacienda fundamenta, atque absoluenda etiam incœpta referret, à necessariarum rerum notitia, atque ipsius hominis originis & finis cõstitutione rationem instituere, ad suam vtilitatem aliorúmque doctrinam, quantum assidua meditatione & contẽto studio inuenire in hoc genere potuerũt, inuestigare & cõsequi conati sunt; quæ verò inuenta ab ipsis essent, tum sermone cũ suæ ætatis hominibus, tum scriptis etiam, cum posteritate communicarunt, multáque reliquerunt præcepta atque instituta, non solùm ad rerum caussarúmq. cognitionẽ, sed ad rectam studiorum & officiorum institutionem capiendam, certúmq. statuendum finem, quem ipsi beatitatem vel felicitatẽ appellauêre. Atque ex hoc loco nata est illa humanæ vitæ institutrix disciplinæ pars, quæ Philosophia dicitur; atque ea, triplici partitione, in naturæ, morum, diuinarúmque rerum contemplationem diducitur.

AT VERO quòd hi quos indicauimus auctores homines, hoc est eadem cũ cæteris, post naturæ lapsum, imbecillitatis & ignorantiæ cõditione, fuere, eundémq. verorum bonorum in omni genere detrectatorem sortiti sunt cõmunem illũ humano generi inimicũ, (cuius ea mens, ísq. animus perpetuò fuit, vt iis maiori studio, maioríq. contentione, callidiore dolo ac fraude insidietur, qui quidẽ à vulgo separari, cæterísq. hominibus bonorũ studio & vsu anteire conantur;) his, inquã, de causis effectum fuisse

depre-

deprehensum est, vt pleriq. omnes tum in hominis ipsius natura, & origine, ac finibus cognoscendis, tum in vitæ præceptis, & institutis tradendis à certa veritatis via non leuiter aberrauerint, ac pro priuati vel consilii, vel studii ratione suos vnusquisque bonorum fines variè statuerit; illis autem, ita in varias diuersásque sectas & familias diductis, accidit, vt veritatis inueniendæ semitæ tunc fortasse magis, quàm antea, obscuræ, turbatæ, incertæqúe redditæ sint: deinde verò plerique sic in hoc disquirendi genere priores sunt secuti, vt iam non tam sapientiæ, quàm contentionis, & obtrectationis, priuatæqúe gloriæ studio aliorũ excogitata & inuenta opprimerent & perturbarent. Atque hoc vnum ex callidissimis & optatissimis aduersarii nostri commentis fuit, qui huiusmodi propriæ sententiæ in hominibus cognito studio vsus, discordias & contentiones induxit, quibus ea etiam impediret & opprimeret, quæ communi, concordíque studio & opera in cognoscendæ veritatis ratione inueniri potuissent: quæ tametsi nec plurima, nec valde etiam exacta fortasse fuissent; iis tamen, quæ inuenta sunt, plura & meliora experiri contigisset.

QVANQVAM verò nonnulli ex illis minus etiam quàm cæteri aberrantes, in veri inueniendi studio tempus operámque non malè posuisse, meliúsque cæteris inuenta iudicasse, atq. morũ, officiorúmq. humanorum commoda præcepta tradidisse videantur: tamen in maximarum & vtilissimarum rerum inuẽtione ac definitione vel nimium à veritate deuiauêre, vel quò intenderant, longissimo interuallo non peruenerunt: itaque parum etiã isti suis laboribus attulêre adiumenti ad eam rem, quam hominis natura maximè requirebat, hoc est ad propriam originẽ, certúmque finem cognoscendum, atque actiones, studiáque sua certis rationibus ad propositam sibi metam exoptatamq. beatitudinem referenda. Etenim in iis scriptis, quæ vel huiusmodi auctoribus edita extant, vel aliis lecta referuntur, manifestò apparet, quanta naturæ atque originis hominum, eorúmq. auctoris & conditoris, & caussarum mundi primarum ignoratio fuerit, quàm parum

aut

aut potius nihil prorſus de animorum natura & dignitate ab iis cognitũ. Quis enim in illorũ ſcriptis hoc non videt, nimirum qua ratione omnino latens obſcuráq. humanæ infirmitatis, imperfectionis, ſiue, vt ita dicamus, nequitiæ cauſſa eſt, eadem quoq. certũ ac verũ huiuſmodi vitii remediũ non ſolùm nõ adhibitum, ſed neq. vel ab ipſis ſapiẽtiſsimis ac perſpicaciſsimi ingenii hominibus inuentũ, nec excogitatum fuiſſe: vt etiam obſcurè, ieiunè, & ambiguè de animorũ immortalitate diſputatũ ſit? adeò vt maxima huiuſcemodi rerum & argumentorũ pars, ab iis, qui acutiſsimi, ſubtiliſsimíq. habiti fuère, vel ſublata omnino atq. negata, vel indigniſsimè tractata fuerit. quanuis enim illorũ, in hoc genere, ſentẽtias defendere, affirmare atq. exponere nõnulli ex iis, qui eorũ ſectas ſequebãtur, conati poſtea ſint: illo tamẽ labore & ſtudio prorſus inutili, quid, obſecro, aliud præſtiterũt, quàm vt à magiſtris falſò tradita, ſuis ſuffragiis obſcurè, inſulsè, inepté ac ambiguè confirmarent? Iam verò de corporũ reſurrectione quis vnquã ex iſtis quicquam, non dicam, affirmauit, ſed vel ſomniauit, vel emendicata aliqua voce ſignificauit? Profectò, ſi humanorum ingeniorum inuenta, monumentáque à principio repetamus, diligentiſſiméque euoluamus, nihil certum exploratúmque magis ex diuturna lectione & interpretatione emerget, quàm vt intelligamus, veritatem plurimis & maximi momenti rebus, vel humanæ mentis imbecillitate, vel aduerſarii opera, vel indagatorum ambitione & contentione, occultatã; in cæteris verò vel obſcuratã & celatã fuiſſe, vel rariſsimè nudã & ſimplicem apparuiſſe: quã ſi nonnunquam extitiſſe quibuſdam in locis concedamus; tamẽ varia & fallaci, inani & ambigua fabularũ ſpecie inuolutam, vel tantis quæſtionũ, argumentationũ & artificiorũ difficultatibus implicitã, vt non magis ferè prodeſſe ita traditã, quàm omnino deſideratã affirmare poſsimus. Hac itaq. ratione, quarum rerum cognitio planè erat neceſſaria, earum, inquam, cognoſcendarum via hominibus fermè occluſa fuerat, rurſúſq. mille errorum ſemitæ iam patebãt, quibus alii aliter ingreſsi proprium exitium miſerè ſubibant.

Plato.

Lucian. de veritate.

* VERVM

VERVM enimuerò benignisſimus & clementiſsimus Deus, qui hominum genus maximi boni atque honoris cauſſa à ſe vltro creatum atq. editum, eiuſdem miſericordiæ & propoſiti constātia prouehere, amplificare & beare destinarat, magna ad eam rem atq. abdita conſilia ſapientiſsimè à ſe inita, quoad rem totā perfecit, ſuis temporibus eſt executus: ex quibus vnum illud fuit, vt, qua tempeſtate vera diuinarum humanarúmq. rerum cognitio, maxima errorum, fabularum & idololatriæ confuſione, & obſcuriſsima caligine detentis hominū mentibus, tegebatur, clariſsima & ſuauiſsima verbi ſui lux, fideliſsimorum miniſtrorum operæ ac diligentiæ credita, tandem mundo illuceſceret, eadémque propria voce hominibus clariſsimè audita, miraculis, portentis,
Heb. 2. ſignis, & Spiritusſancti varia diſtributione, ac demum grauiſsimis in obtrectatores & contumaces animaduerſionibus comprobata confirmaretur.

DIVINVM hoc in homines beneficium adeò magnum, adeóq. admirabile eſſe intelligimus, vt ſi pro dignitate æſtimare ac prædicare velimus, vltra præfationis modū ad immenſum conſcribendum librum tranſire cogamur; nec tamen multo tempore, magno labore, omnibúsq. ingenii conſumptis viribus vel minimā quidem eius laudum partem attingere poſsimus. Siquidē nemo hominum adeò celeri & exercitata lingua eſt, vt ea excipere atque explicare valeat, quæ de diuini verbi dignitate atque vſu cogitare humana poteſt mens: nemo præterea tantùm mente atq. ingenio pollet, vt huius tantæ rei magnitudinē atque præſtātiam, non dicam conſequi & exæquare, ſed aſſequi cogitatione poſsit.

HOC enim ſacrum verbum à diuinæ ſapientiæ conſilio & auctoritate profectum, veritas ipſa eſt, quæ breuibus librorū voluminibus, inexhauſtos diuinarum & humanarū rerum cognitionis theſauros continet, in quibus, quæ hominibus & cognitu digniſsima & vtiliſs. facillimáq. ſunt, & quædā maximi etiā momēti, quæ prouectioribus & ſanctioribus aperiri ſolēt, myſteria cōtinentur. Hæc lux eſt quæ humanā illuſtrans mentē, omniū neceſſariarum

rerum

rerum veritatem docet: hæc animos ad difficile virtutis iter ſtrenuè ac ſtudioſè capeſſendum incitat atque accendit: hæc ad doctrinarum, diſciplinarum, atque artium omnium rationes examinandas, veráque à falſis, & honeſta à turpibus diſcernenda; iudicium illuſtrat & informat. Hoc etiam verbum fundamentum iacit veritatis, & certitudinis earum omnium rerum quas humana mens confingere rectè poteſt. Hoc demum rationum omnium, quas hominibus ſubductas eſſe oporteat & expediat, integram ſummam præfinit. Nam quid mundus, quid homines, quod eorum initium, cuiuſmodi natura & partes, quis omnium auctor ac moderator, quæ nam cauſſa ſit quamobrē editi fuerint, quis vitæ finis, quis vſus ac modus, quæ veri boni inueniēdi ratio, & quæ eius conſequendi & obtinendi via certiſsima ſit, apertè docet: errorum præterea & deceptionis incommodorúmque pericula & diſcrimina quàm multa & varia ſint, commonet: quo auctore illa, quibus artibus, viribus & conatu creentur, ſignificat. Præterea malorum omnium expulſorem, & bonorum auctorem Deum Chriſto filio eius pontifice & conciliatore oſtendit, ac totum humanæ ſalutis, tum ab ipſo afferendæ, tum hominibus ipſis obtinendæ conſilium negotiúmque exponit. Denique tum breues definitiones, tum longas & apertas explicationes; adhæc viarū atq. ſemitarum, quas in omni vitæ parte rectè obeunda maximè noſſe, inire expediat ac tenere, declarat: præterea difficultatum, incommoditatum, & offenſionum ac detrimentorum, quæ accidere poſſent, omnium cauſſas; qua ratione euitari, effugi vel corrigi ea poſsint, qua in omni tēpeſtate & procella arte inſtrui deceat; quē in toto vitæ curriculo modum tenere; quæ ſigna & præcepta obſeruare oporteat, donec tutus & trāquillus teneatur portus, apertè demonſtrat. Summas profectò & diuinas laudes, vario & multiplici argumentorū genere refertas, huius ſacroſancti verbi legitimi, & à Spiritu ſancto comprobati, miniſtri ac interpretes colligere diligenter ſunt conati, quas tamen oratione complecti non potuerunt, vt & res ipſa docuit, & ipſi vltrò confeſsi ſunt.

 At

At verò omnes ingenii & animi vires in eam rem direxerũt, vt huius diuini verbi vtilißimum, & ad vitam omnem instituendam atque felicitatem inueniendam oportunißimum studium mortalibus commendarent.

Dvae autem verbi huius partes communi & notißimo diuisionis vsu habẽtur ab vno eodémq. diuino spiritu, vnico cõsilio, hoc est, humanæ salutis causa profectæ; pro temporũ verò ac ministrorũ rationibus, & efficientia, atq. vsu distinctæ. quarũ alterã Vetus, alterã Nouũ testamentũ dicimus. Illa legem cõplectitur, quam scriptã vocant, cum vaticiniis, & expositionibus, cúmq. alterius partis, hoc est, noui testamenti prophetiis quæ Christum illius ministrum prædicant: Hæc legem, quam gratiæ appellamus, Euangelio & cæteris, ex eo deductis, voluminibus explicatam
Ps. 118. demonstrat. Altera lucerna est, quæ mortalium pedibus adhibita, semitas vitæ illustrat, & ad clariorem expectandã lucẽ excitat. Altera lumẽ est etiam ad mentes interius illustrandas aptißimum & cõmodißimũ, quo lumine clarius ea omnia, quæ maximè hominibus nosse expedit, ipsis innotescunt, in quos expeditiora Spiritus sancti dona promissa cõferuntur, cuius efficiẽtia vtriusq. testamẽti mysteria cognosci, ac re ipsa cõprobari posſunt, propter egregiã quandam virtutẽ, quã in seipsis ex diuino beneficio experiri fideles noui testamẽti cultores possunt, qui quidẽ id in cordibus conscriptũ agnoscũt, quod antea lapidibus incisum legebãt. Ex quo fit, vt magis inflammentur, vehementiorique teneantur studio earum rerum quas melius iam norunt, & beneficii, quod à diuino hoc verbo acceperũt, magnitudinem apertiùs intelligant.
Iob. Maximvm quidẽ & nullis laudibus æquandũ, nullo precio æstimandũ cælestis illius veteris testamẽti doctrinæ, tum verbis, tum verò etiã scriptis sibi creditæ, munus veteres esse existimarunt, ídque perpetuis laudibus celebrarunt, & summopere commendarunt. Sed qui alteram partem, priori quidem illa maiorem, adepti sunt, multò maiori admiratione perpetuáq. gratulatione, diuinũ verbũ, totis viribus & cõtento quodã studio, celebrarunt; vtpote

vt pote qui non ſementis tantùm participes, ſed meſſe etiam & fructibus maximè aucti euaſiſſent. Huius admirandi beneficii verbi Dei rectæ ac piæ mentis homines, concepta atque amplificata ex diuinæ gratiæ muneribus fide, & Christi liberatoris myſteriis imbuti, ac ſalutis veræ animati ſpe, totius ætatis agendæ viam certam, concinnatámque obtinebunt, atque ad ſtudia rectè vtilitérque ſibi paranda, actionéſque omnes peroptato exitu concludendas, ineundi conſilii commodiſsima facultate vtentur. huiuſmodi namque ſtudium magnas & oportunas prudentiæ ac ſapientiæ rationes ſuppeditat, & quid petendum, quid fugiendum ſit, apertè declarat, certa quoque ac neceſſaria præcepta præbet, quibus in omnes partes vſus vitæ confirmari poteſt. Præcipuè verò id euenit, quòd diuinam gratiam atque beneuolentiam ad omne ſapienter inſtitutum opus prompto auxilio, ſubſidióque conciliat: ſicut in plurimis diuinorum librorum locis apertè eſt promiſſum: ex quibus ille eſt: Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo: & folium eius non defluet, & omnia quæcunque fecerit proſperabuntur. Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum. *Pſal. 1.* Atque hæc quidem res, plurimis iíſque apertiſsimis tam priuatè quàm publicè editis exemplis, in orbe terrarum, ac gentibus omnibus confirmata eſt. Scimus enim eas vel perſonas, vel familias, vel integras etiam Reſpublicas, quæ Chriſto, eiúſque Eccleſiæ nomen dederant, atque huius verbi præceptis & inſtitutis gubernatæ fuerant, ſub diuina tutela & præſidio magnoperè floruiſſe. contrà verò florentiſsimas Reſpublicas, & antiquis & noſtris ſeculis ab Eccleſiæ communione ac dignitate diſcedentes, ob repulſum diuinum verbum grauiſsimis caſibus intercidiſſe, vt Apoſtolus teſtatur: Qui per Angelos dictus eſt ſermo, firmus factus eſt, & omnis præuaricatio & inobedientia iuſtam habuit mercedis retributionem. *Heb. 2.* Atq. huius ſacræ diſciplinæ vtiliſsimũ & maximè neceſſariũ, aptiſsimũq. ſtudiũ iis penes quos rerũ ſumma eſt, Regibus, Principibus

Magiſtratibúſque ſummopere commendatur; eiuſdémque obſeruantia & cultus in publicis & priuatis obeũdis rectéq. gerendis negotiis proponitur, ſicut de Iſraelitis regibus, quos pietatis ſtudio atq. etiam diuinæ diſciplinæ auſcultatione à Chriſtianis ſuperari oportet, ſcriptum eſt: Poſtquam autem ſederit Rex in ſolio
Deut. 17. regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomiũ Legis huius in volumine,
» accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſe-
» cum, legetqúe illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere
» Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius,
» quæ in Lege præcepta ſunt. Ob huiuſmodi igitur & complures a-
» lias cauſſas, quas enumerare & referre longum ſit, & ab inſtituto noſtro alienum, hic diuinæ doctrinæ theſaurus antiquis gentibus & populis, quibus aliquando cognitus eſt, maximo in precio habitus, ſummóque ſtudio optatus, & ſumma religione obſeruatus atque cultus; & cum iis, apud quos deſiderabatur, ſtudioſè ac benignè communicatus eſt: atque ita ſumma diligentia & optima fide (quoad fieri potuit) ex iis linguis, quibus primùm conſcriptus ac editus fuerat, in alias pluribus gentibus familiares, ad publicam vtilitatem, fuit tranſlatus.

NVLLVM quamuis maximum laborem, nullum vel effuſiſsimum ſumptum, ad ſacras literas intelligendas & cũ iis qui cuperent communicandas, non ſuſcipiendum, ſuſtinendum, atque impendendum, & veteres olim cenſuêre, & ii nunc etiam cenſent, quibus eximia ipſarum præſtantia, & inſignis fructus, qui ex iis percipitur, cognitus ac perſpectus eſt. Ideóq. fuêre permulti, qui cùm illos patrio ac familiari ſermone redditos legere ac tractare nondum ſatis eſſe exiſtimarent, peregrinas linguas, quibus dictatos olim, & conſcriptos, vel exactiùs expoſitos acceperant, ſumma cura, aſsiduáque diligentia didicêre, fontéſq. ipſos inſignis vtilitatis opinione & ſpe cõcepta, adiêre: quos nullius profectò, in hac re, impenſæ & operæ vnquam pœnituiſſe, imò omnes pro ſuo vnumquemque labore magnum operæ pretium ex ea re percepiſſe, & percepturos eos qui ſe imitarẽtur, prædicaſſe & cõ-

firmaſſe conſtat. Atque ad hanc rationem pertinet ſtudioſa illa, & diligens, ac multis locis apud antiquos Eccleſiaſticos auctores obſeruata laus & commendatio linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, ac Græcæ; quæ partim originales (vt ita dicam) partim ad originalium interpretationem & explicationem commodiſsimè præ cæteris referuntur. neque verò earum linguarum periti ſolùm, verùm etiam qui eas nondum deguſtarunt, rem ipſam non ex proprio affectu, ſed ex veritate & ratione æſtimantes, & vtiliter, & (penè dixerim) neceſsariò addiſci eas & ſciri debere ſuis teſtimoniis comprobarunt: quippe in quibus ſacri libri olim conſcripti, ac traditi, & ad noſtra vſq. tempora ſunt conſeruati: & ex quibus duæ genuinæ, ſiue originales ſunt; veteris quidem teſtamenti, Hebraica; noui verò, aut omni, aut certè maiori ex parte Græca: id quod vltra communem ſcriptorum omnium ſententiam à nobis etiam ſuo loco oportunè demonſtrabitur. *Conc. Florent.* *Auguſt. de doct. Chriſt.*

AT VERO infenſiſſimus ille & ſempiternus humani generis hoſtis, ac diuinæ gloriæ aduerſarius impudentiſsimus, qui ſacros cæleſtis verbi libros, non ſolùm ad humanæ felicitatis rationes cõſtituendas, ſed ad ſuam ipſius malitiam & fraudem detegendam, immanitatem & crudelitatem euitandam & contemnendam, etiam aptiſsimum, oportuniſsimúmque inſtrumentum eſſe cognouerat (vtpote quibus rerum omnium, quæ hominibus maximè expediunt, cognoſcendarum integra continetur ſumma) omni aſtu, & calliditate, omni ingenio, & totis viribus illud præter cætera molitus eſt, vt hãc tam commodam hominum generi, támque ſibi, conſiliis, ſtudiíſque ſuis incommodam, imò prorſus aduerſariam diuinorum beneficiorum rationem, homines ipſi vel omnino ignorarent, vel ſecus quàm oportebat, atque decebat, vſurparent: namque eos ex vtriuſque vitii cauſſa maximis tanti illius boni commoditatibus carituros eſſe intellexerat. Quanquam verò complures artes, modóſque tentauerit, vt hominibus tanti boni vſum interturbaret; hæc duo tamen inter cætera potiſsimùm ſpectauit, vt ſcilicet omni conſilio, induſtria,

ſtria, ingenio, conatu & labore cui ad hanc vſq. diem nō pepercit, efficeret vt diuini verbi notitia, fides, & vſus prorſus de terrarum orbe adimeretur, & illius vtilitati paulatim ab hominibus neglectæ (quod mox in promptu eſt) in tantæ lucis locum, denſiſſimæ caliginis, & ignorantiæ tenebræ ſuccederent: quibus obſiti homines in varios errores, & grauiſſ. pericula deducerentur: vt
Pſal.119. ſcriptum eſt: Maledicti qui declinant à mandatis tuis: Et, Longè „à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. Etenim ſimulac hoſtis ille diuinum verbum in eum neglectionis locum, apud homines deducere potuit, quàm certam ipſis miſeriam, quantas calamitates importarit, Ioſiæ regis ætatem mox conſecuta tempora apertè ſatis declarauêre.

ALTERVM verò conſilium quod aduerſarius inſtituit, vt cùm diuinum verbum labefactare, & ex orbe terrarum penitus excludere non poſſet: id enim in æternum duraturum omnino eſſe & audierat, & non ſine dolore cognouerat: (ſcriptū eſt enim: In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cælo) hoc eſt,
Pſal.119. vt ſcilicet, illud ſaltem curaret, vt ſeſe ipſius verbi interpretem, atque explicatorem præberet, ſuæqúe in ea re diligentiæ vicarios ſupponeret miniſtros mendaces quāplurimos, quos ſuo ipſius ſpiritu actos, ſacrorum librorum interpretationem, cum veritate ipſa ac Spiritus ſancti ſententia & conſilio omnino pugnantem, ſuſcipere atq. aggredi cogeret. Perſpiciebat enim idem omnino detrimentum, ſimilémque miſeriam ferè hominibus, ex vtróuis commento afferri: eoſdem enim ferè exitus habet, ſi quis medicina vel non vtatur omnino, vel abutatur. Curauit itaque hominibus perſuadere, primùm, ipſorum res citra diuinum verbum aliis modis, rationibúsq. geri & adminiſtrari commodiſsimè poſſe. Atq. hoc errore gentes olim cunctas & eos omnes qui infideles appellantur, obcæcauit: in quem errorem tamen cùm omnes homines inducere non potuerit, eorum mentibus ſaltē tenebras infundere conatus eſt, vt à veritate, & ſimplici, ac genuina ſententia & ratione deductos, vel inutiles & pueriles diuini verbi interpretationes, vel

falſas,

falsas, impias, erroribus fallaciísque refertas, aut ob varias & inter se pugnantes commentationes, planè confusas definitiones obtruderet. Atque adeò insitum sibi huiusmodi propositum fuisse, ipse manifestis exemplis, in astutissima & callidissima illa tentatione, à Christo Domino, ad vtilitatem, eruditionem, disciplinámque nostram perlata, & superata, declarauit. Initio enim nulla diuini verbi mentione facta, humanis rationibus & subtilissimis argumentis experiri atq. agere cũ illo cœpit: quæ cùm diuini verbi auctoritate, à propugnãte Christo, excipi, retundi ac disiici videret; alteram à se iam diu munitam, ac sæpius probatã instituit viam. magistrũ itaque cùm ageret, diuini verbi auctoritate, non ex germana sententia, sed ex sua calliditate & fallacia expositi, abusus est.

OMNIA in vniuersum ab illo, ad intercipiendum hominibus diuini verbi fructum, & commenta, & consilia, ex huiusmodi capitibus, alterum respiciunt. Sacrarum enim Scripturarũ studium, simplicis & parum ingeniosæ operæ falsa notatione, neglectũ aliquando fuisse, quòd ornamentis & subtilitatibus minimè decoratũ videatur, quas quidẽ in Philosophica exercitatione inueniri quidã putant, apud quãplures ex iis qui elegantiores literas excolũt, sæpius deprehẽdimus. deinde etiam in scholis & locis publicis, in quibus sapientia coli dicitur, aut nullas, aut certè postremas partes, diuinũ verbũ, quorundã hominũ iudicio obtinuisse; quosdam etiam ab eo, obscuritatis & maximæ difficultatis opinione concepta, abhorruisse obseruauimus: ab aliis verò facilitatis, & perspicuitatis, ac nullius omnino negocii persuasione, id in quo multũ & temporis & laboris consumi oporteret, indignũ habitũ esse vidimus. præterea multorũ animis eam opinionem insedisse intelleximus, vt, scilicet, antiquarũ linguarũ ad sacras literas referendum studium, vel nocens & improbandum, vel superuacaneum & inutile à plerisque existimatum sit. (neque verò hic vllã studiosorum vel conditionem vel classem notamus, sed quorundam hominum indicamus sententias.) Cætera porrò commenta quæ in

tiarum, & ſtudiorũ diuerſitas à veræ & ſimplicis pietatis & charitatis Chriſtianæ definitionibus prorſus aliena: quot inter fratres diſcordiæ, inimicitiæ, inſidiæ, contentiones, pugnæ, direptiones, exſpoliationes, fraudes, latrocinia, terra & mari creata pericula, cæteráque mala & incommoda, quæ hoc loco perſequi ſuperuacaneum omnino ſit: potiſsimùm, cùm aperto & manifeſto theatro acta quotidie ſpectentur. Nec profectò celari diſsimularíve poteſt ætatis huius dedecus: de quo vtinam leuiora multò, quàm diximus, confiteri ſatis ſit. Maxima enim pars Chriſtianorũ, qui non ita pridẽ ſumma pace ac tranquillitate fruebantur, atq. vnius fidei concordia & pietatis profeſsione, iiſdem Eccleſiaſticæ diſciplinæ miniſteriis, iiſdẽ inſtitutis parebant, eiuſdem omnes capitis ductu & prudentia gubernabantur; & in eadem ſacramentorũ communione, in eodẽ inſtituto, in eadem etiam confeſsione, & ſpiritualiũ beneficiorum vſu permanebant, & eadem ſpe viuebãt, nunc miſerandis & variis modis obcæcati, omnium inimicitiarum exercent artes, non ſine ſumma diuinæ maieſtatis offenſione, magnóque Chriſtiani nominis opprobrio & dedecore, ſuóque ipſorum malo, ac detrimento grauiſsimo. Itaque facilè coniicere licet, ex quo, tum ex diuino verbo, tum ex ſcripturarum lectione, Dei ipſius, ac veræ pietatis cognitionem adepti ſumus, nunquam à cõmuni omnium hoſte tantum, adeóq. pernicioſum & commune incendium inter populos qui Deum norunt, fuiſſe excitatum.

NEQVE verò quemquam fugit, quonam artium ſuarum genere vſus, Chriſtianos homines in hanc fraudem aduerſarius egerit, peruerſa, videlicet, & malitioſa nimíſque indigna ſacrorum ſermonum & librorum interpretatione, quam, adhibita ad eam rem audaciſsimorum miniſtrorum copia, inſtruxit, multò maiore, quàm ea olim fuerat ſacrificulorum, qui Achabi & Iezabelis ætate & impio iuſſu, aduerſus veri numinis præcepta, & pietatis concordiam, contra ius ac fas, falſorum deorum ſacrilegos cultus ſecuti ſunt: atque adeò ad eam quam dicimus inferendam calamitatem, eius quæ tum proximè effluxerat ætatis vitio,

occaſio-

occaſionem nactus eſt, cùm diuinarum ſcripturarum ſtudia inter Chriſtianos nimium remiſſa, imò ſepulta penè, ac diſciplinæ ferè omnes aſpera & inculta quadam barbarie obductæ eſſent: hac inquam negligentiæ humanæ occaſione arrepta, ad errores, doctrináſque falſas edocendas rationem inſtituit callidiſsimam. Inprimis enim diuinarum literarum auctoritatem & dignitatem commendatam, atque humanæ ſapientiæ, prudentiæ, & iudicio omni (vt par erat) prælatam: poſtea peruerſarum interpretationum & deprauationum exitiali veneno inſperſit; cuius vi plurimorum hominum ingenia & iudicia corrupit, innumerabiléſque perdidit animas, ac denique Chriſtianam miſerè perturbauit Rempublicam.

AT VERO vel in ipſis huius perturbationis initiis, horum hominum machinationes, quæ, diuini verbi deprauato vſu, prætendebantur, probiſsimorum, pientiſsimorum, & veritatis, pacis atque concordiæ ſtudioſiſsimorum virorum diligentia & opera, veris, certis, atque validiſsimis, ex eodem verbo depromptis telis, ictibúſque impugnari, labefactari, ac dirui cœperant. (illa enim, ad mendacium, mendaciorúmque Principis ipſius commenta omnia redarguenda, euertenda, atque diluenda, aptiſsima & validiſsima arma ſunt.) Igitur cùm hæc diuinæ veritatis ratio aduerſariis ex animi ſententia non ſuccederet, alius illicò dolus adhibitus eſt, excogitata aduerſus Latinas interpretationes, quibus iã tot ſeculis ad hanc vſq. diem catholica Eccleſia vſa fuerat, cõtentioſiſsima reprehenſione, atq. aduerſus eam præcipuè, quæ propter ſingularem, inter cæteras, auctoritatem, antiquúmque vſum, Vulgata, ſiue Communis appellata, & à pleríſque Diuo Hieronymo adſcripta eſt. His autem impudenter atque inſolenter reprehenſis ac repudiatis, aliæ ſubſtituebantur interpretationes, ex propria magis auctorum, quàm, ex diuini ſpiritus ſententia, aut ex linguarum ipſarum examinata, diligentíque inueſtigatione profectæ: in quibus plurima loca ad ſuas ipſorum factiones & contentiones promouendas conſultò deprauata &

corrupta deprehendimus, quæ tamen illi nunquam existimassent fore, vt à nostris deprehẽderentur, quos à linguarum studio & cognitione prorsus alienos, & eos, qui nullum ea in re laborem sumere vellent, omnino credebant: atque peruerso hoc adducti consilio, Babylonicum illud opus vrgentes, ad finem perducere contendebant, vt saltem nomen aliquod sibi quærerent antequã disperderentur sub cælo. Itaque elati insolentia quadam & audacia, qua ne ipsis quidem gigantibus cedunt, veritatem impugnare, & cæli lucisque puram simplicitatem & integritatem, salebrosis illis ac præruptis interpretationũ rupibus, & montibus eo deductis, & admotis, violare & corrumpere moliti sunt. Sed tamen hæc non minori negotio, quàm cætera pessimarum rerum instituta initia, contrarios omnino illorum consiliis exitus habuêre. Illud enim solùm effecerũt, vt nostris ad oppugnandum animi adderẽtur, qui ad linguarũ capessenda studia incitati, labore & diligentia illis & cultiores, & longè doctiores, atq. adeò veritatis acerrimi propugnatores euaserunt. Iam enim extiterunt quàmplurimi catholici viri, sacrarũ linguarũ peritissimi, à quibus aduersarii, de illo suarum interpretationum præsidio, veritatis, & germanæ sententiæ demonstratione, & cõstanti assertione deiecti; & manifestæ tum linguarum imperitiæ, tum etiam fraudis & deprauationis conuicti sunt: quandoquidẽ nullum caput eorũ quæ vel ad pietatem & fidem, vel ad morum probitatẽ & integritatem informandã & instituendã facere, & spectare possunt, in antiquioribus linguis repertum est, quod in Latinis veterum interpretationibus non abundè cõtineretur. Quanquã enim in oratione, ac sermonis serie, dicendi vario genere, verborúmq. numero, alia sit huius, alia verò illius linguæ ratio; rerũ tamẽ & sententiarum põdus, ad pietatem docendam idem ab omnibus afferri comprobatur. qua in re inuestigãda, inueniẽda, tractãda & iudicanda multò profectò plura & elegantiora illarũ linguarũ mysteria à nostris obiter verè indicata & aperta sunt, quã ab istis, magno labore vel cognita & celata, vel mentiendi studio cõficta & enuntiata fuerint. Id quod facile

docetur

docetur & cõfirmatur ex frequentibus & manifestis exẽplis apud catholicos, & Romanæ Ecclesiæ studiosos auctores, linguarũ peritos, qui hactenus extitere, & indies etiã plures, cũ summa Christianæ totius Reip. vtilitate, & laude, doctissima scripta in lucem proferẽt. Hoc loco diuinæ dignitatis ac gloriæ callidissimus obtrectator, quamuis, quod moliebatur, persæpe expertus sit; efficere tamen non potuit, vt antiquarum & receptarum interpretationum auctoritas & fides ab aduersariis infirmaretur, aut eius studium parui fieret; quasi verò eo studio homines ad pietatem aut parum aut nihil omnino incitarentur; quinimo eius ope ad schismata & errores amplectendos conuolarent. Etenim huiusmodi antiquarum linguarum cognitio à nonnullis (vt diximus) despici, atque negligi aliquando cœpit, qui zelo magis, quàm rectè instituta ratione, de hac re vel familiari sermone, vel publicis disputationibus, vel scriptis etiam libris agentes, ea magis improbabant, quæ minus cognouerant. fuit hæc profectò maxima & astutissima communis hostis calliditas ad vtrarúmq. partiũ fouendã discordiã, confusionémq. religionũ promouendã, auferendúmq. diuinarum scripturarũ vsum, vt scilicet moliretur, vt ab alteris interpretationũ Latinarũ fides; ab alteris verò antiquarũ linguarum germana & vera dignitas imminueretur, & magna proinde, præter veritatis confirmationẽ, vtilitas quæ ex eis percipitur, negligeretur.

ATVERO illustrator ille mentium diuinus Spiritus, qui ex supremis sedibus, vt potentissimus Aquilo spirans, errores omnes arguit, ac detegit, & nubes veritatis luci obiectas disiicit, huiusmodi temporis caliginẽ, quæ scripturarũ sacrarũ vtilitatem & splendorẽ hominibus absconditũ obscurabant, validissimè discussit. Nam & ille plurimos ex catholicæ Ecclesiæ filiis ad linguarũ capessenda studia, illarúmq. præsidio aduersariorũ diruẽdas moles, nostrarúmq. interpretationum fidẽ & integritatẽ defendendam & piissimis ac doctissimis scriptis asserendã animauit, eandémq. rem Ecclesiasticis sanctionibus, & grauissima Conciliorũ auctoritate cõfirmauit: tũ interpretationibus receptis & approbatis, tum sacrarum

ſacrarum linguarum commendato ſtudio, quarum vtilitati & dignitati nullo tempore ab Eccleſia detractum, ſed perpetuò potiùs conſultum, illuſtribúſque nominibus & titulis cùm in veteri Teſtamento Hebraicæ veritatis; tum in nouo Græci textus plurimùm tributum, cæteríſque linguis & earum explicationibus pro cuiuſque & dignitatis & vſus ratione fuit proſpectum.

QVONIAM verò à ſceleratiſsima illa hoſtis malitia, & rabioſa nocendi cupiditate, ad quoduis impium facinus perpetrandũ, nullam occaſionem prætermittendam fore, ex renouatis perſæpe exemplis arguere non immeritò poſsumus; ſuſpicari valde, vel potius certò ſcire oportuit, hac turbulentiſsima tempeſtate eiuſmodi inſolentiſsimos miniſtros illi inueniendos atque excitandos eſſe; quibus, cùm falſarum interpretationum conſilium ex animi ſententia non ſuccederet; illico ad diuinam ſcripturam, in quouis antiquarum linguarum genere deprauandam & corrumpendam, audacia & temeritas adderetur, atque Hebraicam veritatem, & Græcam lectionem, quò ſua inſtituta & ſtudia, falſáque dogmata obtruderent, & vtcunque tuerentur, contaminare & mutare nulla religio eſſet: quippe quibus nullum iam, in ſacrorum librorum ſimplici & germana lectione, fundamentum, nulla antiquarum linguarum cognitio, quam ſe adeptos exiſtimabant, amplius ſupereſſet.

ATQVI non iniuria huiuſmodi periculi & maleficii ſuſpicio in eos cadere potuit, qui dum altero illo oppugnationis genere, quod quidem vſui ſibi fore ſperabant, aduerſus veritatem magno impetu experiri in animo habebant; non niſi validiſsimis & certiſsimis linguarum ipſarum telis propulſati deſtiterunt. Vt enim in cæteris omnibus rebus, omnes, quod aiunt, neruos, intendebant, vt ſuum illud ædificium perficerent; ita in hoc etiam genere nihil non experturi erant, quò veritatem ipſam contaminari, fraudari, atque imminui poſſe arbitrarentur; maximè verò in Hebraica lingua, cuius quidem exacta interpretatio cum vulgatiſsimis & frequentiſsimis noſtri ſeculi erroribus & fal-

& falsis dogmatibus magnopere pugnat. Neque verò ab huiusmodi vel consiliis, vel incœptis, aut timore, aut pudore, aut religione vlla deterreri potuissent perfidi hi mendaciorum auctores & assertores, quibus nec Dei timor, nec hominum reuerentia ob oculos versatur, quemadmodum ex ipsis eorum impiis conatibus & studiis ac nefario euentu apertissimè arguitur: potissimũ verò in tanta diuinarum & humanarum rerũ perturbatione, atq. in turbulentissimo hoc Ecclesiæ Christianæ statu, luctuosissimóque tempore, quo quidem & charitas & omnis ferè pietas ab hominũ mentibus discessit. Nam, qui huiusmodi sunt, nec dilectionis ducuntur, nec timoris coërcentur spiritu; tantùm ambitionis propriæ impetu, ac mendaciorum patris spiritu concitati aguntur. Etenim apud nonnulli auctores legimus, huius errorum spiritus impulsu, aut fraude, quosdam olim ex Iudæorum gente, eò vel insolentiæ vel insipientiæ deuenisse, vt Christianæ Ecclesiæ initio, nonnulla verba immutarint quæ suam illam oppugnandæ Christianæ veritatis contentionem omnino interfringere possent: verùm huiusmodi ab illis contaminata loca rarissima fuêre, & in nostrorum scriptorum libris, tum etiam in ipsorum Iudæorum excusis & manu scriptis exemplaribus omnia ferè notata atque indicata sunt. Nam tametsi vel hominum illorum fraude, vel librariorum inscitia, vel temporum iniuria nonnulla in iis, quibus vtimur, Hebraicis libris mutatio facta fuerit; nullum tamen vel verbum, nullum item elementum, vel punctum olim fuisse commemoratur, quod in locupletissimo illo thesauro, quem Mazzoreth appellant, asseruatum non reperiatur. In eo enim, tanquam in sacra & fida quadam custodia, summa diligentia, & magno studio constituta, antiquæ lectionis reliquiæ, monumenta, indicia, vestigia, exempláq. omnia continentur, & ratio conferendæ veteris ac nouæ lectionis ostenditur: ex quibus quidẽ simul collatis, certa quædam via extat, ad cuius præscriptã normã sacra mysteria indicari possunt. cuius rei exẽpla nos, suo loco, in hoc opere aliquãdo, & aliàs etiã, Deo iuuante, apponemus.

QVAMVIS autem nullam omnino ſuſpitionem haberemus, fore vt religionis Catholicæ aduerſarii, qui noſtris temporibus Eccleſiæ pacem turbauêre, ſcripturarum loca vlla contentionis cauſſa mutarent; nihilominus tamen, diuini verbi integritatem & ſanctitatem, in reddendis ſacræ ſcripturæ libris, tum verò maximè in ipſis exemplaribus, & linguis, quæ interpretationum examen continent, ſummo ſtudio procurari, & ſartam tectam conſeruari oporteret: vt hoc modo & pietatis ſtudium erga Deum, & dignum erga Chriſtianam Rempublicam præſtaretur officium: quod vnà ſecum illam trahit cautionem, ne integrum vnquam ſit hæreticorum audaciæ nefaria fraude ſacræ ſcripturæ loca corrumpere, & ad ſuos detorquere errores: quod alioquin fortaſſe tentare veriti non eſſent, ídq. tot in locis, quot errores ſuſciperent tuendos, vt nullus finis eorum pertinaciæ ſtatui poſſet.

CÆTERVM veritatis ille pater, & piorum omniũ protector, Eccleſiæ Catholicæ illuſtrator, verbíque ſui aſſertor Deus, hodierno die etiam effecit, ne res tanti ponderis ac momenti ab illo malorum omnium auctore, illiúſque miniſtris, in id, quod expectari ac timeri poterat, diſcrimen, adduceretur; eámque mentem PHILIPPO II. Catholico Hiſpaniarum Regi, & Principi potentiſsimo, & Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſsimo, iniecit, vt inter quamplurima conſilia, quæ pietatis, & diuini cultus, publicæ vtilitatis ſacroſanctæ Eccleſiæ, ac denique totius Reipubl. Chriſtianæ gratia, ab ipſo prudentiſsimè inita, fortiſsimè ſuſcepta, feliciſsiméque ſunt peracta, de ſacris etiam libris, antiquis linguis, & earum optimis interpretationibus, qua fieri poteſt diligentia, inter ſe collatis, excudẽdis, is etiã deliberaret; vtpote, cui inter plurimas ad communẽ ſalutem, & tranquillitatẽ multarum gentiũ, & nationum à ſe gubernandarũ diuinitus datas, & fideliſsimè ſuſceptas curas, vnum pietatis ac religionis puræ ſtudium, præcipuum, & maximum, atque ad omnem publicam rem ſtabiliendam firmiſsimum fundamentum eſſe conſtat. Cui etiam in comperto eſt, aptiſsimam rationem qua ad religionem ſanctiſsimè

mè colendam homines perduci posſint, in diuinorum oraculorum cognitione, eorúmque legitima obſeruatione contineri: ídque ei, & piorum hominum iudiciis & omnium ætatum exemplis confirmatum eſt. Igitur & à doctiſsimis, & peritiſsimis viris, quales in Hiſpaniis quamplurimi ex publicis Academiis, & ex ſacræ religionis Magiſtratibus, cenſores & iudices, atque adeò ex omni Eccleſiaſtico ordine miniſtri conſpiciuntur, ad tantam rem deliberandam adhibitis; communi omnium ſententia confirmatum eſt huiuſmodi Regis conſilium, non tanquam vtile tantùm, ſed etiam veluti planè neceſſarium ac diuinum comprobari, & omnium ſuffragiis poſtulari, omniúmque piorum ſtudio, vt expleretur, orari oportere. Id quod Rex ipſe libentiſsimè ſuſceptum, maturè exſequi atque perficere inſtituit: præſertim verò, cùm eorum omnium, quæ ad eam rem parandam & oportuna, ac etiam neceſſaria erant, magnam copiam apud ſe eſſe intelligeret: ſéque iis viris, qui tanto huic operi & exordiendo, expoliendo, & omnibus ſuis numeris, & partibus abſoluendo præeſſe poſſent, quales ipſe rei literariæ amantiſsimus quamplures continuò fouet, omnino nõ carere cõſpiceret. Tantũ igitur Catholici Regis cõſilio, ſtudio, auctoritate atq. benignitate præſtitum eſt, vt operis huius admiranda moles, maximis rerum difficultatibus ſuperatis, extructa, & ad publicum Catholicæ Eccleſiæ vſum, æternúmq. Chriſtianæ veritatis monumentum, ſtabilita & expoſita denique fuerit: cuius inſpectionẽ, nulli Chriſtianæ pietatis ſtudioſo non gratiſsimam, vtiliſsimámque fore arbitramur; cùm propter eximiam omnis generis charactérum elegantiam, & egregiam optimi & celeberrimi Typographi operam; tum verò maximè propter ſummam integræ, & incorruptæ lectionis perfectionem, quam, præter aſsiduam doctiſsimorum, & linguarum omnium peritiſsimorum hominum diligentiam, variorum quoque & correctiſsimorum exemplarium, Romanorum videlicet, Venetorum, Conſtantinopolitanorum, & Germanorũ collatio nobis præſtitit: Complutenſibus verò potiſsimùm

 hac

hac in parte vsi sumus, quæ quidē à celebratissimo ac pientissimo viro Francisco Ximenio Toletano Archiepiscopo, Hispan. præside summo, S. R. E. Cardinali, magno studio, incredibili sumptu, insigni diligentia, vtilissimóque euentu edita quondam fuerant, & apud doctos homines magno in pretio habita: quæ tamen, quia propter miram eorum paucitatem & raritatem desiderabantur, hoc in opere non modò instaurata, sed multis etiam in partibus aucta, integrata, locupletata, magno etiam appositissimóque rerum & verborum apparatu exornata sunt. Nam præter excellentem formarum, chartæ, & characterum præstantiam: integras etiam Chaldaicas, in veteri testamento, paraphrases, & Syriacæ, in nouo, lectionis libros, eosdémque diligenti studio & censura examinatos, & commoda latinarum interpretationum copia instructos, opus hoc Complutensibus Bibliis addit; &, quod ad lectionis & sententiarum distinctionem, explicationémque plurimùm confert, accentus omnes, Hebraicósque apices, (quos nunquam perire Christus patietur) diligentissimè obseruatos adiungit. Insignem præterea rerum & verborum supellectilem aliàs variis codicibus dispersam, hoc vnum opus continet, quæ magis vsu percipi, quàm oratione indicari possunt. His accedunt variarum, in omnibus linguis, lectionum proposita exempla: quæ quidem quot, & quantos lectoribus fructus allatura sint, nemo facilè æstimare potest. Sunt præterea integra Hebraica Biblia, nouúmque Testamentum Græcum, cum Latinis ad verbum interpretationibus, maiori, quàm vnquam antea, diligentia & sedulitate elaboratis, quæ, præterquam quod ad sententiarum cognoscenda mysteria plurimū adiumenti afferunt, Latinum hominem Hebraicā & Græcam; Græcum verò & Hebraicum Latinam linguam sine præceptore, ac nullo penè negotio docere possunt. Addita præterea sunt oportunis locis difficiliorum verborum Hebraicorum, Græcorum & Syriacorū themata, quas radices Hebræi dicunt. Postremū verò & vtilissimū illud volumen adiungitur, quod, quia multarum, & ad familiares

miliares

miliares diuini verbi explicationes, commodiſsimarum rerum copioſam, ac multiplicem ſuppeditat materiam, SACRORVM LIBRORVM APPARATVM inſcripſimus; quo in opere dictionaria, obſeruationes, arcanorum ſermonum interpretationes, multáque alia cognitu digniſsima continentur. Atq. hæc quidem omnia magnæ ſacrarũ literarum ſtudioſis, vtilitati; magnóq. vſui Catholicæ Eccleſiæ futura à PHILIPPO Catholico Rege curata; eiúsq. tum auctoritate ac dignitate, tum liberalitate Regia expedita, & inſigni rerum omnium diuerſitate ac elegantia inſignita, ad optimum & feliciſsimum exitum, diuinæ prouidentiæ ſummo beneficio, tandẽ perducta ſunt. Etenim tantum opus, quod maximos ſumptus, inſignem artificum diligentiam, exemplarium oportunam copiam, operarum frequentiam aſsiduam, multorúmque iudiciorum ſententias ex variis Europæ partibus collectas, exigebat, ſine præſenti Dei numine & auxilio effici & abſolui non potuit: adeò vt ipſam tot rerum atq. perſonarum vnanimẽ, perpetuam & indefeſſam facultatem, non tam hominũ opera & ſtudio comparatã, quàm diuinitus oblatam & conceſſam fuiſſe palàm ſit fatendum; opúſque ipſum vt argumento & re planè diuinũ eſt, ita etiam vt hoc modo, atq. hoc tẽpore, huius Regis tanto ſtudio ederetur, ex diuino conſilio profectum fuiſſe, dubitandũ minimè ſit: quod quidem vel ex eo cõſtat, quòd Pius V. P. M. qui hodierno die Catholicæ Eccleſiæ pro Chriſto ſanctiſsimè præeſt, vbi hoc præclariſsimũ & vtiliſsimum opus, Regis ſtudio & ſumptu Antuerpiæ inſtitutũ, inchoatúmq. intellexiſſet, miſſo à ſe ad Albanum Ducem, Belgii præfectũ, gratulationis & honoris cauſa, in tantæ victoriæ ab eo reportatæ gratiã, legato, præter alia in mandatis dederit, vt opus ipſum, operíſq. promotores omnes fauſto & grato Sanctitatis ſuæ nomine, nutu, aſſenſu atque auſpiciis, benedictione etiam adiuncta, proſequeretur: qua quidem re nulla alia ſub cælo vel Regi ipſi gratior, vel Regiis hominibus, in eo opere, continuis laboribus, augendo & expoliendo incendendis aut aptior, aut magis accommodata eſſe potuit.

tuit. Quamobrem omnium bonorum, totiúſque felicitatis au-ctori Deo ſumma & eximia gratulatio inprimis facienda eſt, qui Regi, tantis publicarum rerum curis diſtento, & grauiſsi-ſimis negotiis occupato, eam mentem iniecit, vt præter cætera pietatis, prudentiæ, & communis vtilitatis ſtudioſiſsima conſi-lia, quibus abundat; hoc etiam diuini verbi colendi, aſſerendi, atque exornandi ſtudium ad cæteras eius animi dotes addere-tur, atque hac ratione optimè de vniuerſa Chriſtianorum Ec-cleſia mereretur. Deinde etiam communia & aſsidua vota ſunt facienda, vt is erga verbi ſui ſtudium atque legitimum cultum omnibus totius orbis hominibus ſpiritus afferatur; íſque adda-tur & confirmetur animus, qui ad numinis ſui laudem & glo-riam amplificandam, atque ad æternæ ſalutis vſum percipien-dum ſit ipſis aptiſsimus.

EIVSDEM BENEDICTI ARIAE MONTANI ALIA AD LECTOREM PRÆFATIO.

In qua de totius operis vsu, dignitate, & apparatu ex ordine disseritur.

AMPLISSIMOS, & uberrimos fructus, qui ex illustri hoc opere percipientur, Lector, nulla sanè faciliori ratione tibi repræsentare potuimus, quàm si, singulas eius partes, eo quo collocatæ sunt ordine, diligenti explicatione persequeremur. Ita enim fiet, vt nullo prorsus dispendio, sed certa, & compendiaria via ad singula capita, rectà deducaris, & tanto labore, ipse absq; vllo negotio commodè vtaris. Sed quia ex veterum exemplarium cum nostro hoc diligenti collatione, quid alij, qui in eodem opere non mediocrem diligentiam aliàs adhibuerunt (quorum laboribus nihil detrahimus) & quid deinde nos in hac parte præstiterimus, planius, & apertius cognoscetur: Complutensibus Bibliis, quæ communi omnium, penè, doctorum virorum consensu, ex iis omnibus quæ hactenus in lucem prodierunt, potißima, atq; antiquorum idiomatum insigni diuersitate maximè illustrata conspiciuntur, ad vnguem examinatis, & cum nostris hisce, qua fieri poterit, diligentia collatis, quid per nos in nostra hac editione effectum sit, quò res tota clarius pateat, breuiter exponemus. In iis itaque, vt characterum elegantiam, quibus pollent, & ordinem, ac seriem dictionum suis locis dispositarum, missam faciamus: Hebraica veritas puris dictionibus, & clausulis bene distinctis, atq; omnibus, vt par erat, suo ordine collocatis, dilucidè conspicitur. Græcum item contextum ea habent, cui interposita est Latina interpretatio, quæ ad verbum aptè respondet. His additur Vulgata editio, Sancto Hieronymo plerunq; adscripta, quæ inter Hebræum, & Græcum textum medium obtinet locum. Præterea in eorum infima pagina legitur Onkelosii in quinque libros Mosis Chaldaica paraphrasis, cui è regione addita est Latina interpretatio. Opus certè omni laude dignum, & (temporibus illis) satis eruditum, atq; elaboratum. Verum enimuerò, vt nihil est simul & inuentum & perfectum; nonnulla in iis aut omnino desiderantur, aut etiam, si ad doctißimorum monumentorum, quæ hodierno die extant, exactiorem normam reducantur, minus accuratè descripta, atque imperfecta, paßim offenduntur: cùm Latina interpretatio, ob literarum alphabeti frequentem interiectionem, lectorem nonnunquam remoretur: vulgata autem editio Hebraicæ non satis è regione respondeat: nulliq; Hebraici accentus, qui antiquam Musices rationem indicãt, & qui singulas periodos distinguunt, ibi conspiciantur: atque ex Hebraicorum vocabulorum thematis, seu radicibus (quas vocant) quæ ibi ferè consistunt in verbis perfectis, quæ vel ab ipsis Hebraici idiomatis Tyronibus facilè inuestigari poßunt, omißis interim difficilioribus, parum omnino vtilitatis antiquißimæ linguæ studiosis afferãt. Deinde excepta Onkelosii paraphrasi, cuius supra meminimus, cæteri omnes libri παραφραστικῶς versi, partim à Ionathã Vzielis filio in posteriores prophetas, partim à Ioseph Cæco, atq; aliis antiquis auctoribus in reliquos sacræ scripturæ libros, in iis planè desiderantur. Id verò consultò, ob eam potißimùm causam, quòd quædam in Chaldaico textu reperirentur, quæ vel superuacanea, aut etiã apocrypha viderentur, alia etiam nondum latinitate donata essent, factum esse existimatur. Atque hæc quidem omnia Ximenio illi Cardinali excelsi ingenij viro, & de Christiana ecclesia ob eius in ea adiuuanda, atq; omni ex parte exornanda, insignẽ liberalitatẽ optimè merito, correctißimè descripta atq; latina interpretatione aucta, in Christianæ Reip. vtilitatẽ excusa, sacrarũ literarum studiosi iam accepta referrent, nisi supremũ eius fatũ vna die vnaq; hora tantũ virum nobis eripuisset. Quas quidem Chaldaicas paraphrases in Latinum sermonem conuersas, atq; adeo de verbo redditas, & ad fidem tum Hispanorum, tum Venetorum exemplarium summa diligentia castigatas & correctas, in regio hoc opere non desiderari comperies. Eæ verò præter illas, quæ, vt diximus, aliàs in quinque libros Mosis editæ fuerunt, hæ sunt: Historiarum libri qui

qui priores Prophetæ dicuntur: Quindecim posteriorum Prophetarum explanatio: Psalterium, ac Prouerbiorum libri qui vna voce אמת appellantur. Qui omnes, quanta cura, studio, & diligentia & expurgati, & Latini facti fuerint, & res ipsa docet, & nos etiam, suis locis, Deo dante, commodius demonstrabimus. Habent itaque Theologi, & sacrarum linguarum studiosi vetus testamentum: illud quidem Hebraicum, Chaldaicum, Græcum, ac Latinum: Nouum verò Syriacè, Græcè, & Latinè conscriptum. Quibus accedit, in eorum gratiam qui minus in antiquis linguis sunt exercitati, triplex, Latino idiomate, veteris testamenti interpretatio, quæ Hebraicam veritatem, cui cæteræ linguæ se interpretes præbent, ita reddit, vt non mediocrem, sed certè amplißimum fructum ex ea sint reportaturi. Opus procul dubio, omnibus suis partibus absolutum. quod quidem nullis annotationibus magis illustrari potest: cùm in eo, veluti primario, & summæ auctoritatis exemplari, vberrimi quatuor linguarum fontes contineantur. Cætera verò quæ ad veteris testamenti tempora referuntur, eodem idiomatis genere, quo scripta reperiuntur, Græca scilicet, Græcè, & Latina Latinè, diligenter correcta his annexa conspicies. Nouum denique testamentum, quod antehac Græcè tantùm, & Latinè à Christianis legebatur, iam Syriaca (vt diximus) lingua conscriptum, ex optimis quibusq; exemplaribus expressum prodit: idq; duplex: alterum Syriacis, & genuinis characteribus, vt huius idiomatis dignitas suorum characterum forma appositissimè repræsentata, &, vt par est, ornata, apud nos perpetuò conseruaretur: alterum verò in infima margine, ceu limbus in extrema veste, Hebraicis literis, & omnibus suis punctis, & numeris constans huc etiam accessit; vt iis qui in Hebraica, quàm in Syriaca lingua exercitatiores sunt, hac ratione consuleretur. Ne verò Hebraici, aut Syriaci idiomatis ignari, nobilißimæ huius linguæ fructu carerent, Latina interpretatio, summa fide, & diligentia adhibita est à Guidone Fabritio Boderiano, viro de quouis linguarum genere optimè merito, & ecclesiasticæ disciplinæ studiosißimo, qui & hanc suam interpretationem summo studio elaboratam, atq; adeo se ipsum vnà cum fratre Hebraicæ linguæ peritißimo, nulla patriæ, affinium, domesticorum, ac denique priuatæ vtilitatis habita ratione, alacri promptoq; animo obtulit. Ne verò quidquam, quod ad regij planè operis splendorem pertinere videbatur, prætermissum existimes: singulæ tabulæ, ære artificiosè celatæ, suis locis insertæ sunt. quibus, tabulis singulorum textuum, ac diuinorum mysteriorum, quæ sub eis latent, explicatio, licet exiguo loco contenta, longo tamen ac diuino prorsus argumento tractatur; vt studiosus quisque animaduertere poterit. In summa nihil omnino ad dignitatem, ac amplissimum tanti operis ornamentum desiderari potest, quod huc non accesserit: ita vt verè regium sit, & regiæ munificentiæ, ac liberalitatis specimen præ se ferat. Denique vt præclarissimum hoc munus, quod Christianæ Reip. exhibetur, omni ex parte auctum, atq; illustratum prodiret, nihilq; in eo planè desideraretur, quod ad sacros vsus pertinere posse existimetur; postrema ea volumina librorum calci subiecimus, quæ ex multiplici, quam suppeditare possunt, rerũ & verborum copia, APPARATVS SACER, *à nobis inscripta sunt. In iis singularum linguarum varias lectiones, quæ vel ad Grammaticam rationem, vt in Hebraicis dictionibus plerunque, aut etiam ad ipsius sententiæ explicationem pertinent, vt in cæteris linguis, veluti in refertissimo promptuario, reperies. Quæ quidem inter se collatæ, quantum vtilitatis allaturæ sint, deprehendent ipsarum studiosi. eas certè ex optimis quibusque, & non solùm nostro, verumetiam multorum doctorum suffragio approbatissimis exemplaribus, quæ ad manus nostras peruenerunt, non sine labore, desumpsimus. Quibus addo quatuor Grammaticæ artis tractatus, vniuscuiusque scilicet ex quadruplici antiquissimarum linguarum genere, Hebrææ, nempe, Chaldææ, Syriacæ, & Græcæ suum. His autem, quatuor etiam Dictionaria sacræ lectioni perutilia annexa sunt. Atque hæc quidem in priore Apparatus parte habentur. In posteriore verò, rerum in sacra potissimùm lectione necessariarum non pœnitenda tibi supellex exhibetur. Primò enim sese offert liber Idiotismorum, qui quidem in Hebraica lingua satis frequentes occurrunt: isq; rerum copia, & varietate ita insignis, vt quidquid ad Hebraicam, aut etiam Latinam lectionem de verbo redditam spectare videtur, abundè tibi præbeat. Præterea duos libros*

libros reperies: quorum alter, eo quòd rerum ferè omnium naturas, actionésque subindicet, & sermonem ex rebus ipsis natum exponat, De arcano sermone inscriptus est. Alter verò quo pars illa significationis tractatur, quæ gestu, atque habitu instituitur, Actionis nomen sortitus est. Sed quia cuiuis patet, tum ad res explicandas, tum etiam ad certam rerum veritatem indagandam, ac tandem etiam constituendam, ex locorum, temporúmque ratione, & ponderum, ac mensurarum exacta cognitione plurimum lucis, & delectationis accedere: omnia Geographiæ, & Topographiæ præcepta, quæ quidem ad sacrarum lectionum explicationem satis esse possunt, ab ipsis sacris descriptionibus, & annotationibus excerpta, duobus libris prosecuti sumus. Temporis deinde, ac ætatis illius, quæ iam inde à condito orbe ad Christum vsque longa serie effluxerat, exquisitæ, certam quandam, ac breuem rationem tradidimus. Sub finem, ponderum æstimationem diligenter examinatam, ac sacræ architecturæ præceptionibus, atque exemplis iucundis omnino, & dignis quæ ab omnibus perdiscantur, concinnè exornatam exhibemus. quibus nihil ad arcanos & occultos diuinorum oraculorum sensus explicandos, aut aptius, aut magis accommodatum requiri, aut desiderari potest. Nulla enim ratione vnquam fiet, vt veram cognitionem earum historiarum, quas hic egregiè cælatas, aptéque, & appositè, vt supra admonuimus, suo loco collocatas, conspicies, sub ipsis imaginibus absconditam, & quodammodo (vt ita dicam) latentem, quis rectè assequatur, nisi prius artificiosa, ac diuina planè imaginum structura ei cognita, ac perspecta sit. Index denique his omnibus additus est; breuis ille quidem; sed sua præstantia, insignique vtilitate, quod satis est, prolixus. In eo enim non singula tantùm verba, verùmetiam omnia in locos communes redacta & copiosissimæ sacrorum locorum concordantiæ (quas vocant) in cōpendium redactæ, magno labore Lectorem subleuabunt. Ne verò quidquam antiquissimæ linguæ tyrones ab incœpto dimoueret, quinimo, vt ad eius purissimos fontes amplius eis pateret aditus; non sine doctissimorum, ac piissimorum virorum limato, subtiliq; iudicio effecimus, vt Hebraica Biblia integra cum Latina interpretatione, in qua verbum verbo redditur, separatim excusa, Octauum in regio hoc opere tomum complerent. Quæ in parte perficienda, & pro operis dignitate exornanda, quantum laboris, studij, ac diligentiæ adhibitum sit, & res ipsa clarè docere poterit, & nos in eius præfatione, Deo iuuante, apertè demonstrabimus. Nam præter versus qui versibus, & verba quæ verbis respondent, atque alia aliis ita cohærent, vt absque vllo negotio Hebræa & Latina simul legi, & conferri possint: interpretatio Latina Pagnini apposita est; quæ quidem interdum in marginem reiecta, aliam commodiorem omnino substituimus, vt durior plerunque Latina interpretatio ipsam Hebraicæ phrasis veritatem aptius exprimeret: quod facilè animaduertent qui diligentius ambas conferent. Isq; tomus nobis aptissimus omnino visus est, cui, maiori cum fructu, & vtilitate, quàm in superioribus, Hebræorum vocabulorum themata insererentur. In ipsis autem radicibus annotandis, potissimarum sanè, ac difficillimarum certus delectus in studiosorum gratiam habitus est. faciliores verò suis locis collocauimus. Hæc ferè sunt, Lector, quorum te admonitum volumus, vt apparatissimo, atque amplissimo hoc opere, quod in totius Christianæ Reip. gratiam prodit, commodissimè vtaris. neque enim de eius vtilitate nobis hoc loco pluribus propositum est dicere: quippe quòd eius præstantiam ne eloquentissimus quidem orator, vt par est, copiosissima oratione consequi possit. Sed quid in hac parte præstitum sit, si ei operam dabis, ex te ipse verè cognosces. Id enim, bona omnium venia, liberè ausim affirmare, nullum vnquam ex Typographica arte tantum adeóque insigne beneficium in Christianam Remp. fuisse collatum. si enim operis ipsius magnitudinem, splendorem & dignitatem attentè considerabis, Lector, quid prius, aut etiam quid magis admirari debeas, haud facilè scies. Te enim tot idiomatum diuersitas, fideles vbique interpretationes, characterum præstantia, tabularum elegantia, ac denique totus hic præstantissimus Apparatus ita oculos atq; animum tenebit tuum, vt verè dicas, tanti huius muneris, Deo Opt. Max. cuius ope, & auxilio inchoatum, ac denique non sine manifesto ac summo eius fauore, & singulari beneficio ad optatissimum finem tandem

*** *aliquan-*

aliquando perductum est; mox etiam doctissimis ac vigilantissimis viris quorum opera & industria tibi, quale est, exhibetur, ingentes & nunquam intermorituras gratias esse habendas.

VOS ITAQVE ARCHITECTI, PONDERVM, AC MENSVRARVM PERITI, ARITHMETICI, HEBRÆÆ, CHALDÆÆ, GRAECÆ, SYRIACÆ, ET LATINÆ LINGVAE STVDIOSI; VOS DENIQVE ERVDITISSIMI THEOLOGI, QVICQVID IN AVREO AC PLANE DIVINO HOC MVNERE VOBIS EXHIBETVR, ID TOTVM PHILIPPI REGIS POTENTISSIMI, AC DE RE LITERARIA OPTIME MERITI, CVIVS MANDATO NOS PRO EIVS ERGA LITERATOS HOMINES STVDIO, AC AMORE HVIC TANTO OPERI PRÆFVIMVS, INSIGNI PIETATI, FLAGRANTI SACRARVM LITERARVM DESIDERIO, MAGNIFICENTISSIMIS SVMPTIBVS, AMPLISSIMÆ MVNIFICENTIÆ, VEREQVE PRINCIPE HOMINE DIGNÆ LIBERALITATI ACCEPTVM REFERTE. DENIQVE NE SOLVM LITERATORVM TVRBA, QVÆ HODIERNO DIE EXTAT, VERVMETIAM POSTERI TANTORVM LABORVM, AC VIGILIARVM, INGENIO PRÆSTANTIBVS, ET ERVDITIONE PERFECTA HOMINIBVS, QVI, QVANTVM LABORIS ET OPERAE, IN SACRATISSIMO HOC OPERE IMPENDERINT, ET RES IPSA DOCET ET CHRISTIANA RESPVBLICA ABVNDE COGNOSCET, DEBITVM HONOREM, AC OPTIMO IVRE DEBITAS TANTI BENEFICII GRATIAS AGANT. (NIHIL ENIM MAIORI DIGNVM ET COMMENDATIONE, ET MEMORIA, ET SEMPITERNA GLORIA IN INFINITA POSTERITATE AB ILLIS EXPECTARI POTERAT) EORVM NOMINA ET COGNOMINA PERPETVVM LABORIS, OPERÆ, STVDII, DILIGENTIÆ, ERVDITIONIS, DOCTRINÆ, ANIMIQVE AD CHRISTIANAM REMPVBLICAM PRO VIRIBVS IVVANDAM ADMODVM PROPENSI, CLARVM ET ILLVSTRE TESTIMONIVM HOC LOCO ADSCRIBI CVRAVIMVS.

Itaque, ne quamplurimos Hispanos, Italos, & Gallos, qui nos sua ope, & auxilio plurimùm iuuerunt, hoc loco referamus: eos tantùm recensebimus, qui ab ipso operis initio ad finem vsque, tum in eo parando, describendo, vertendo, adornando, immutando, aut corrigendo multum laboris, operæ, ac diligentiæ adhibuerunt. ex quorum numero, CHRISTOPHORI PLANTINI *viri de Typographica arte, qua cæteræ omnes illustrantur & viuunt, optimè meriti, summam ingenij dexteritatem, admirabilem prudentiam, sedulam operam, infinitos labores, ac denique omnibus in rebus insignem diligentiam, nemo satis admirari, ac dignis laudibus extollere potest. nec est, Lector, quod pluribus hac de re tecum agam: res enim per se ipsa loquitur. Non solùm enim infinita, tum veterum, tum etiam recentiorum, in omni artium, & scientiarum genere volumina, quæ ab eius prælo in totius Christianæ Reip. gratiam continuò prodeunt, quàm mirificè is rem literariam augeat, amplificet, & exornet, literatis omnibus fidem faciunt: verùmetiam præstantissimus hic sacrosanctæ Theologiæ, & antiquissimarum linguarum Thesaurus, quonam ille sua industria & labore in adiuuanda Rep. sit animo, & huius, & futuri seculi hominibus luculentissimum erit testimonium.*

Maximam verò partẽ eorum, quæ hic diligenter correcta, exornata, perpolita & elaborata sunt, FRANCISCI RAPHELINGII, *quem sibi generum Plantinus adsciuit, summæ industriæ, incredibili diligentiæ, continuæ sedulitati, perspicaci ingenio, & præstanti iudicio, acceptam referre debes. Te enim Lector iudicem appello, vt ex operis ipsius magnitudine, præstantia, & dignitate tute æstimes quot & quales fuerint huius viri labores, & quàm insignis antiquarum linguarum peritiæ; qua, meo quidem iudicio, nemini suo iure cedit. Amplissimus enim hic scientiarum, & linguarum Thesaurus se, huius viri ope, & industria ita vt vides, correctissimum in lucem prodiisse, sua raritate & excellentia apertè testatur.*

GVIDONEM FABRICIVM, *cuius suprà meminimus, tum genere, tum ob præclaras animi dotes, verè nobilem, atque inter clarißimos Galliæ Poëtas non immeritò connumerandum, Catholicæ Ecclesiæ, ac religionis Christianæ studiosissimum, Hebraici idiomatis peritißimum, atque adeo Syriacæ linguæ insigni cognitione ornatum, (quod quidem vel ex ipsa Noui Testamenti Syriaci latina interpretatione apertè cognosci potest) non est quod meis verbis hoc loco commendem: eius quippe insignis eruditio, & opera, qua nos in hoc opere mirificè iuuit, ipsa per se satis prædicant à studiosis omnibus huic viro plurimùm deberi.*

NICOLAVM FABRICIVM *Guidonis fratrem, in antiquis, ac potißimùm in Hebraica lingua non infeliciter versatum, qui sua diligentia & continuis laboribus, in hoc opere transcribendo, interpretando & corrigendo inter cæteros nobis etiam adiumento fuit, huic catalogo meritò inserendum duximus.*

In primis autem sacrarum literarum studiosi, AVGVSTINO HVNNÆO, & CORNELIO GOVDANO, *duobus Louaniensis Gymnasij luminibus, sacræ Theologiæ Doctoribus, & publicis professoribus, ac toti rei literariæ addictißimis, ingentes habeant gratias. his enim propter insignem eruditionem, & sacrarum linguarum non vulgarem cognitionem, optimi Regis mandato, hoc opus euoluendum, ac diligenter examinandum, à Louaniensi Academia commissum est. Qui quidem, quo sunt felici ingenio, & maturo, & ad grauißimas quasq; res apto iudicio (adhibito ad eam rem* IOANNE HARLEMIO *sacræ Theologiæ Licentiato, in omni linguarum genere exercitatissimo, S. Scripturæ & Hebraicæ linguæ apud Louanienses in Societate Iesu professore) suo munere, vt à tantis viris expectari poterat, cum summa laude perfuncti sunt: atque, hac quidem in parte, ipsorum decretum, pro ea, quam obtinent, auctoritate, interpositum est.*

De me autem, ac de meo labore & industria (quantulacumq; ea est) nihil profiteor. Hoc tamen vnum non reticebo: me, scilicet, continuò immortales Deo gratias agere, quòd decem idiomatum cognitionem pro sua clementia & benignitate, mihi impertitus sit. Quorum idiomatum gratia, (cùm sapientißimo, & potentissimo Regi nostro, eiusq; à Consiliis amplißimis viris, ingratus non sim,) dum plerique grauißimi ac doctissimi viri in Hispania, publicis muneribus, pro sua quisque doctrina, & dignitate funguntur: mihi, in hac mea peregrinatione, tantum munus demandatum est. In quo quidem, qua ratione sim versatus, aliorum esto iudicium.

AT, NE ERGA EOS, *qui in transmittendis ad nos correctissimis exemplaribus, aut etiam nobis suo consilio, ope & industria in hoc opere adfuerunt, ingrati animi vitio laborare videamur: atque, vt tuo, Lector, desiderio, hac etiam in parte abundè satisfaciamus; nomina præstantissimorum quorundam virorum, qui egregiam operam nobiscum consumpserunt, & quibus non parum debent sacrarum literarum studiosi, hoc loco cæteris adiecimus. Inter quos* CARDINALI SPINOSÆ, *Regij, in Hispaniis summi consilij, & sanctæ Inquisitionis Præsidi Amplissimo, non paruæ sunt habendæ gratiæ. eius enim consilio & fauore, conuocatis etiam ad eam rem præstãtißimis viris, Regiq; à Consiliis, Rex noster optimus & sapientissimus, præstantissima hæc Biblia inchoari, & ad finem perduci voluit.*

COMPLVTENSI ACADEMIÆ *multùm debent literati homines. Illa enim, duobus & quadraginta Theologiæ Doctoribus vndique collectis, suo suffragio Regis institutum velut sanctissimum comprobauit.*

Nec vero GRANVELLANVS CARDINALIS *Amplissimus hoc loco nobis defuit: pro eo enim quo erga rem literariam, ac potissimùm sacrosanctæ Theologiæ studia est propenso animo, Bibliorum Græcorum exemplaria, suis impensis ad Vaticanorum fidem descripta, ac diligentissimè collata, ad nos oportunè transmisit.*

Nec possum, Lector, SIRLETI *etiam* CARDINALIS *operam, laborem, industriam, ac doctrinam propè singularem tibi non vehementer commendare. Is enim, præter grauissimas occupationes, quibus Amplissimus & sacratissimus Cardinalium ordo distineri solet, animum*

mum ad sacrarum literarum studia ita conuertit, vt iam Theologorum labor in perquirendis sacrorum voluminum variis lectionibus, magna ex parte sit subleuatus: tanta enim industria & iudicio eas collegit, & quas sequi, & quas reiicere oporteat, ita doctè admonuit, vt meritò tanti beneficij immortales gratias amplissimo huic viro habere debeas.

IOANNES REGLA *felicissimæ memoriæ Caroli Quinti Cæsaris Inuictissimi Confessor (quem vocant) instituti Hieronymiani apud Hispanos suam hac etiam in parte præstitit operam.*

PETRVS SERRANVS *Cordubensis, in Complutensi Academia Theologiæ Doctor,* F. LVDOVICVS STRADA *Theologus Abulensis,* AMBROSIVS MORVS *Cordubēsis omni disciplinarum genere ornatus, &* GABRIEL ZAYAS *regiorum (quos vocant) Statuum à secretis, suis votis, & diligenti procuratione, vt hoc opus quale est, in lucem prodiret, pro viribus effecerunt.*

Ab ANDREA MASIO *viro à Consiliis, & secretis Ducis Cliuiæ, plerisque valde doctis annotationibus, & Chaldaica Paraphrasi in priores Prophetas, Psalmos, Ecclesiasten, & Ruth, ope Hispani exemplaris à se Romæ inuenti, &, quod maximum est, Dictionario Syriaco cum eiusdem idiomatis doctissima Grammatica aucti sumus. summam certè cōmendationem præstantissimus & antiquarum linguarum peritissimus hic vir apud omnes studiosos meretur.*

Est etiam nobis à CLEMENTE ANGLO *Philosophiæ, & Medicinæ Doctore, qui in hisce regionibus propter Christianam religionem exulat, exhibitum Pentateuchi Græci, ex Thomæ Mori Bibliotheca elegantissimum exemplar.*

His autem omnibus addo GVLIELMVM CANTERVM, *virum præter generis nobilitatem, & rei familiaris amplitudinem, in Græcis, & Latinis literis feliciter versatum, reiq́ publicæ studiosissimum, atque adeo de hoc opere omni ex parte benemeritum.*

Detulimus & nos ex Complutensi Bibliotheca posteriorum Prophetarum Paraphrasim Latinam ex Chaldaica factam: Atque adeo ex nostra antiquissimum exemplar posteriorum Prophetarum Hebraicè, & Chaldaicè scriptum.

CHRISTOPHORVS PLANTINVS *habuit penes se Complutensia Bibliorum exemplaria excusa. Præterea Veneta, Hebraica, Chaldaica, & Græca, & Germanica Hebræa, & alia suis typis aliàs impressa: deinde Græca omnia, quæ quidem in Galliis, & Germania extant celeberrima.*

DANIEL BOMBERGVS *pius & doctus vir, & paterni tum nominis, tum ingenij hæres, Noui Testamenti antiquissimū exemplar Syriacum Colonia Agrippina ad nos attulit. quod quidem magno nobis fuit vsui, & commodo. Id enim contulimus cum ijs nostris, quæ Ferdinandi optimi ac piissimi Imperatoris beneficio, paucos ante annos cum Latina Ecclesia communicata fuerant.*

Itaque iam ex te ipse, Lector, facilè potes conijcere, quale & quantum munus tibi offeratur: cùm ad id parandum tot, & tam insignium virorum industria, & singularis, qua præditi sunt, doctrina accesserit. Superest tantùm, vt omnes vno ore à Deo Opt. Max. continuis precibus expostulemus, vt Christiana Resp. cuius vtilitati omnes hi labores consecrati sunt, tanto hoc munere, quàm fieri potest diutissimè ac felicissimè fruatur. Vale. Datum Antuerpiæ. X. CAL. SEXTILES. CIↃ IↃ LXXI.

PHILIPPVS II. HISPANIARVM REX FERDINANDO ALBÆ DVCI, SVO APVD BELGAS PRAEFECTO,

Affini charissimo S.

NON es nescius, vt opinor, quantã Catholica Ecclesia perceperit vtilitatem ex præstantissimo illo Bibliorum trilinguiũ opere, Francisci Ximenij Cardinalis, atq. Archiepiscopi, dum viueret, Toletani singulari industria, & maximis sumptibus, iã ante multos annos Compluti excuso. Vix enim dici potest quam gratiam inierit, & quantã apud omnes sacrarum literarum studiosos præ cæteris auctoritatem obtinuerit. quod quidẽ vel ex eo apertè cognosci potest, quòd in tota passim Europa id ita feliciter distractũ est, vt hodierno die, non modò non venale alicubi exhibeatur, sed vt ne vnus quidem illorum apud quos est, vt eo careat, aliquo pretio adduci possit. Ea quippe rerum pretiosarum solet esse raritas. Qua quidem ex re non minimũ rei literariæ incommodum afferri palàm est. Infinitos enim esse quorum studia, eo quòd tanto thesauro carent, retardantur, nemo est qui dubitet. Quamobrem cùm à Christophoro Plantino ciue Antuerpiensi, de arte Typographica, vt accepimus, benemerito, opus Complutensi illi simile, aut illo etiam maius & elegantius parari intellexerimus, eiusque rei magnitudini hominis tum industriam, tum etiam diligentiam sufficere posse cognouerimus: ad Regiæ dignitatis, quam cælestis Maiestatis beneficio obtinemus, præcipuas curas maximè pertinere existimauimus, hac quoq. in parte, Christianæ Reip. non deesse. Re igitur cum supremi nostri & sanctæ Inquisitionis Consilij Præside, atq. aliis compluribus viris, quorum erga Deum pietatem, & erga nos fidem, & sacrarum literarum insignem peritiam iam diu cognitam perspectámque habemus, communicata; & nostro hoc consilio non solùm omnium suffragiis valde comprobato, verùm etiã summè collaudato: Deo nos opus gratissimum, Christianæ verò Reip. vtilissimum facturos existimauimus, si vt præstantissima ea Biblia linguarum diuersitate, characterum elegantia, ac omni denique ornatu & splẽdore illustrata in lucem prodirent, efficeremus, ac piis eius viri conatibus nostro auxilio & auctoritate adessemus. Vt igitur consilium hoc nostrum ad eum, quem optamus, finem perducatur: ex eorum sententia, qui à nobis ad hanc deliberationem adhibiti sunt, Benedicto Ariæ Montano Doctori Theologo ex aulicis & sacerdotibus nostris, cuius linguarum ferè omnium opportunam cognitionem, & bonarum omnium artium ac disciplinarum non vulgarẽ peritiam, atque adeo insignẽ morũ probitatem nobis abundãti exemplo, atque tibi omnibus his nominibus noto perspectã habemus, eius negotij executionẽ cõmisimus. Eum itaq. in istas regiones quibus tu nostro nomine præes, missum & auctoritate nostra communitum & nostro instructum consilio, vt ex diplomate quod ei dedimus, atq. ex ipso abundè cognosces, pro eo quo es erga religionẽ Christianam studio, atque erga nos reuerentia, & humaniter, & honorificè à te exceptum iri confidimus. Gratam certè nobis rem feceris, si, in iis quæ ad totius operis procurationem & incrementum, ipsiúsque Montani commoditatem, aut etiam amplitudinem pertinebunt, ei non deeris. Simulac igitur ex hisce literis nostris totius nostri consilij rationem acceperis; Plantino quo loci fueris accersito, eíque hac de re, voluntate nostra, præter eas quas ad eum dedimus literas, per te coràm exposita, vt omnem operam & sedulitatem in toto hoc opere adhibeat, nostro nomine commendabis. Literas præterea ad Antuerpiẽsem Magistratum dabis, quibus, vt eo, quo decet, honore ipsum Montanum veluti ex familia nostra hominem excipiant, eiúsq. procurationem, quo ad fieri poterit, commen-

commendatam habeant nostro etiam nomine significabis. Spes certè nos magna fouet, fore, vt hoc Christianæ Reip. adeo necessarium opus ad eum, quem speramus exitum feliciter, diuina fauente clementia, tandem aliquando perducatur, si tu, vt confidimus, quam in rebus nostris vigilantiam & curam ponere solitus es, hac etiam in parte adhibebis. Vale. Datum Madriti VIII. Cal. April. M. D. LXVIII.

EGO REX

Çayas.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIAE, HIERVSALEM, &c.

Fideli nobis dilecto Christophoro Plantino Typographo Antuerpiensi.

FIDELIS *nobis dilecte, Ex literis à Caya datis, intellexisse te arbitramur, quantum nobis Bibliorum quinquelinguium, quæ ad Complutensis exemplaris formam excudere paras, & characteres ipsi, & specimen omne placuerit, quamq; vehementer consilium istud, inceptumq; tuum, ob communem Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem fuerit etiam probatum, dignumq; iudicatum, quod auctoritate dignitatéque nostra, atque omni opportuno subsidio prosequeremur, cùm officij, studijq; nostri sit, diuinas res, & quæ ad veram pietatem, Catholicamq; Ecclesiam pertineant, inprimis procurare, promouere, & tueri. Quamobrem Benedictũ Ariam Montanum, Doctorem Theologum, ex aulæ nostræ sacerdotibus istuc cum literis, & commoda, ad eam administrandã rem, facultate, legare decreuimus. Vbi igitur consilij nostri rationem ex Albano Duce (qui nostro nomine, & belli et pacis rebus in istis regionibus nostris præest) atque ex ipsius Benedicti expositione cognoueris, gratissimum sanè nobis, atque ista tua in nos reuerentia et fide dignum officium feceris, si ad sacros libros, illis linguis et characteribus excudendos, omni diligentia atque opera perquam maturè accingaris, remq; ipsam ad eum, quem speramus, exitum perducas. Aderit tibi nostro nomine atque auctoritate ipse Benedictus Arias, cui cùm et Theologiæ facultatis, et linguarum non vulgarem peritiam esse cognouerimus, id curæ atque oneris imposuimus (homini aliâs ex familia auláque nostra, atque satis spectatæ erga nos fidei) vt te in ea re quàm plurimùm, tum consilio atque opera, tum etiam recognoscendo opere ipso adiuuet. tibi autem voluntatem nostram obseruandam proponimus, nequid, videlicet, hac in adornanda atque expedienda impressione, præter eius Montani cognitionem sententiamq; fiat. Nam præterquam quod id operis ipsius magnitudo, grauitas, et dignitas, atque vniuersæ Christianæ religionis vsus postulat, nostræ etiam, de eo opere ornando atque amplificando, voluntati satisfiet. Et ea re, nos ad omnem honestam, opportunámque causam tuam, benignè paratos reddes. Datum Madriti, Octauo Cal. April.* M. D. LXVIII.

Philippus.

Gab:de Çayas.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX HISPANIARVM, VTRIVSQVE SICILIÆ, HIERVSALEM, &c.

Venerabilibus deuotis nobis dilectis Rectori, Decanis, ac Doctoribus filiæ noſtræ Vniuerſitatis Louanienſis.

VENERABILES deuoti nobis dilecti, Benedictus Arias Montanus Doctor Theologus, Capellanus, & familiaris noſter, certiores nos per epiſtolam fecit, & ſe à vobis gratè, ac liberaliter exceptum, & noſtrũ de imprimendis, ad publicam vtilitatem, quinquelinguibus Bibliis, conſilium (cuius rei cauſa ille iſtuc venerat) vehementer probatum, laudatumque fuiſſe; vtpote, quibus ex ſacrarum diſciplinarum cognitione, & perpetuo religionis Catholicæ ſtudio, horum etiam Bibliorum ſumma vtilitas, & maxima ad totius Catholicæ Eccleſiæ vſum commoditas explorata ſit; cuius quidem Eccleſiæ omni ex parte iuuandæ, ſumma atque optima cura nos præcipuè tangimur. Idẽ etiam Benedictus ſibi, ab iſtius Academiæ Theologis operam, ſedulitatem, & omne, ad hanc, quam molimur, impreſſionem, opportunum officium, vltro ac libenter oblata, promiſſaque eſſe, narrauit, atque ea in re, veſtrum erga ſacroſanctam religionem, ergaque nos eximium ſtudium, & ſingularem fidem, plurimùm commendans: quantum etiam ſibi iſtius Vniuerſitatis pietas, ordo, decor, diſciplina, exercitatio, denique vniuerſa ratiò placuerit, ſignificauit. Quæ quidem omnia, etſi ex diuturna veſtrarum rerum obſeruatione, & notitia nobis perſpecta iam pridem ſunt; tamẽ eius teſtimonio cognouiſſe gratum fuit, cuius erga religionem ſtudium, & erga nos fides, cum non vulgari bonarum literarum peritia, probata ſunt. Placuit igitur nobis, has ad vos literas dare, quibus ea, quæ ille de vobis, de officiis, ſtudiiſq. veſtris, ac de integra iſtius inſignis Vniuerſitatis re, ſcripſerit, iucunda fuiſſe teſtemur, atque oblata à vobis ad dictorum Bibliorum commodiſſimam expeditionem omnia conſilij, operæ, ac ſedulitatis officia, præter publicam Eccleſiaſticæ rei (quæ in hoc opere agitur, & vobis communis quoque eſſe debet) curam, fidelis etiam nos obſequij, & diligentis ſtudij nomine, inter alia veſtra, quæ iam conſtant, quæque porro expectantur, peculiariter acceptũ iri confirmemus. Si quid præterea in priuata eiuſdem Montani cauſa à vobis præſtitum fuerit, id etiam pergratum nobis fore recipimus; quòd illum, tum ob alia, tum ob ſpectatam in nos fidem, & grata obſequia, diligamus. Datum Madriti, XVIII. Cal. Septembris. M. D. LXVIII.

Philippus.

Gab:de Çayas.

שער בית יי הקדמוני

חמשה
חומשי
תורה:

תרגום על אורייתא

ΠΕΝΤΑΤΕΥΧΟΣ·

QVINQVE LIBRI
MOYSI.

פַּלְגֵי מַיִם לֶב־מֶלֶךְ בְּיַד־יְהוָה
עַל־כָּל־אֲשֶׁר יַחְפֹּץ יַטֶּנּוּ׃

1 בראשית ברא אלהים את השמים ואת
2 הארץ: והארץ היתה תהו ובהו וחשך
על פני תהום ורוח אלהים מרחפת על-
3 פני המים: ויאמר אלהים יהי אור
4 ויהי אור: וירא אלהים את האור כי טוב ויבדל
5 אלהים בין האור ובין החשך: ויקרא אלהים לאור
יום ולחשך קרא לילה ויהי ערב ויהי בקר יום אחד:
6 ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך המים ויהי מבדיל
7 בין מים למים: ויעש אלהים את הרקיע ויבדל בין
המים אשר מתחת לרקיע ובין המים אשר מעל לרקיע
8 ויהי כן: ויקרא אלהים לרקיע שמים ויהי ערב
9 ויהי בקר יום שני: ויאמר אלהים יקוו המים
מתחת השמים אל מקום אחד ותראה היבשה ויהי
10 כן: ויקרא אלהים ליבשה ארץ ולמקוה המים קרא
11 ימים וירא אלהים כי טוב: ויאמר אלהים תדשא
הארץ דשא עשב מזריע זרע עץ פרי עשה פרי למינו
12 אשר זרעו בו על הארץ ויהי כן: ותוצא הארץ דשא
עשב מזריע זרע למינהו ועץ עשה פרי אשר זרעו בו
13 למינהו וירא אלהים כי טוב: ויהי ערב ויהי בקר
14 יום שלישי: ויאמר אלהים יהי מארת ברקיע
השמים להבדיל בין היום ובין הלילה והיו לאתת
15 ולמועדים ולימים ושנים: והיו למאורת ברקיע
16 השמים להאיר על הארץ ויהי כן: ויעש אלהים
את שני המארת הגדלים את המאור הגדל לממשלת
היום ואת המאור הקטן לממשלת הלילה ואת
17 הכוכבים: ויתן אתם אלהים ברקיע השמים להאיר
18 על הארץ: ולמשל ביום ובלילה ולהבדיל בין האור
19 ובין החשך וירא אלהים כי טוב: ויהי ערב ויהי
20 בקר יום רביעי: ויאמר אלהים ישרצו המים שרץ
נפש חיה ועוף יעופף על הארץ על פני רקיע השמים:

CAPVT PRIMVM.

1 IN principio creauit Deus cæ-
2 lum & terra. * Terra autem
A erat inanis & vacua: & tene-
bræ erant ſuper facie abyſsi: Heb.11.a
& ſpiritus Dei ferebatur ſu- Pſal.32. Hie.10.b
3 per aquas. * Dixitq; Deus, Fiat lux. Et facta eſt
4 lux. * Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: &
5 diuiſit lucem à tenebris. * Appellauitq; lucem
diem; & tenebras nocte. Factumq; eſt veſpere
6 & mane dies vnus. * Dixit quoque Deus, Fiat
firmamentũ in medio aquarum; & diuidat a-
7 quas ab aquis. * Et fecit Deus firmamentum,
diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamento, ab
his quæ erant ſuper firmamentũ. Et factum eſt
8 ita. * Vocauitq; Deus firmamentũ, cælum: &
factum eſt veſpere, & mane dies ſecundus.
9 * Dixit verò Deus, Congregentur aquæ quæ
ſub cęlo ſunt, in locum vnum: & appareat ari-
10 da. Et factum eſt ita. * Et vocauit Deus aridã,
terram: congregationeſq; aquarum appellauit
11 maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. * Et
B ait, Germinet terra herbã virentem & facien-
tem ſemen; & lignum pomiferũ faciens fructũ
iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit
12 ſuper terram. Et factũ eſt ita. * Et protulit terra
herbam virentẽ, & facientẽ ſemen iuxta genus
ſuũ; lignumq; faciens fructũ, & habens vnum-
quodq; ſementem ſecundũ ſpeciem ſuam. Et
13 vidit Deus quòd eſſet bonum. * Et factum eſt
14 veſpere & mane dies tertius. * Dixit autẽ Deus,
Fiant luminaria in firmamento cæli; & diui- Pſa.135.
dant diem ac noctẽ; & ſint in ſigna & tẽpora
15 & dies & annos: * Vt luceãt in firmamẽto cæli,
16 & illuminent terrã. Et factum eſt ita. * Fecitq;
Deus duo luminaria magna: luminare maius,
vt præeſſet diei: & luminare minus, vt pręeſſet
17 nocti: & ſtellas. * Et poſuit eas Deus in firma-
18 mẽto cæli, vt lucerẽt ſuper terrã: * Et pręeſſent
diei ac nocti; & diuiderent lucem ac tenebras.
19 Et vidit Deus quòd eſſet bonũ. * Et factum eſt
20 veſpere, & mane dies quartus. * Dixit etiam
Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis,
& volatile ſuper terram ſub firmamento cæli.

תרגום אונקלוס

בקדמין ברא ייי ית שמיא וית ארעא: 2 וארעא הות צדיא ורקניא וחשוכא על אפי תהומא ורוחא דייי מנשבא על
אפי מיא: 3 ואמר ייי יהא נהורא והוה נהורא: 4 וחזא ייי ית נהורא ארי טב ואפרש ייי בין נהורא ובין
חשוכא: 5 וקרא ייי לנהורא יומא ולחשוכא קרא ליליא והוה רמש והוה צפר יומא חד: 6 ואמר ייי יהא רקיעא במציעות מיא
ויהא מפרש בין מיא למיא: 7 ועבד ייי ית רקיעא ואפרש בין מיא דמלרע לרקיעא ובין מיא דמלעל לרקיעא והוה כן: 8 וקרא ייי
לרקיעא שמיא והוה רמש והוה צפר יום תנין: 9 ואמר ייי יתכנשון מיא מתחות שמיא לאתר חד ותתחזי יבשתא והוה כן: 10 וקרא
ייי ליבשתא ארעא ולבית כנישות מיא קרא ימי וחזא ייי ארי טב: 11 ואמר ייי תדאי ארעא דתאה עשבא דבר זרעה מזדרע אילן פרין עבד
פרין לזנוהי דבר זרעה ביה על ארעא והוה כן: 12 ואפקת ארעא דתאה עשבא דבר זרעה מזדרע לזנוהי ואילן עבד פרין דבר זרעה
ביה לזנוהי וחזא ייי ארי טב: 13 והוה רמש והוה צפר יום תליתאי: 14 ואמר ייי יהון נהורין ברקיעא דשמיא לאפרשא בין יממא
ובין ליליא ויהון לאתין ולזמנין ולמסמני בהון יומין ושנין: 15 ויהון לנהורין ברקיעא דשמיא לאנהרא על ארעא והוה כן: 16 ועבד ייי
ית תרין נהורין רברבין ית נהורא רבא למשלט ביממא וית נהורא זעירא למשלט בליליא וית כוכביא: 17 ויהב יתהון ייי ברקיעא
דשמיא לאנהרא על ארעא: 18 ולמשלט ביממא ובליליא ולאפרשא בין נהורא ובין חשוכא וחזא ייי ארי טב: 19 והוה רמש והוה
צפר יום רביעאי: 20 ואמר ייי ירחשון מיא רחשא נפשא חיתא ועופא דפרח על ארעא על אפי אויר רקיע שמיא:

CAPVT PRIMVM.

IN principio fecit Deus cælum & 1
terrã. At terra erat inuisibilis et 2
incõposita, et tenebræ super abys-
sum: & spiritus Dei ferebatur su
per aquam. Et dixit Deus, Fiat 3
lux, & facta est lux. Et vidit Deus lucẽ, quòd bona: 4
& diuisit Deus inter lucem, & inter tenebras. Et 5
vocauit Deus lucẽ diẽ: & tenebras vocauit noctẽ:
& factũ est vespere; & factũ est mane, dies vnus.
Et dixit Deus, Fiat firmamentũ in medio aquæ: & 6
sit diuidẽs inter aquã, & aquã. Et fecit Deus firma 7
mentũ, & diuisit Deus inter aquã; quæ erat sub fir-
mamẽto: & inter aquã; quæ super firmamentũ. Et 8
vocauit Deus firmamentũ cælũ: & vidit Deus, quòd
bonũ. Et factũ est vespere; & factũ est mane, dies se-
cũdus. Et dixit Deus, Cõgregetur aqua quæ sub cælo, 9
in cõgregationẽ vnã; & appareat arida. Et factũ est
ita; et cõgregata est aqua quæ sub cælo, in cõgregatio-
nes suas: et apparuit arida. Et vocauit Deus aridã, 10
terrã: et cõgregationes aquarũ, vocauit maria. Et vi
dit Deus quòd bonũ. Et dixit Deus, Germinet terra 11
herbã fœni seminantẽ semẽ secundũ genus et secundũ
similitudinẽ: & lignũ pomiferũ faciens fructũ, cuius
semen ipsius in ipso secundũ genus super terrã. Et fa-
ctum est ita. Et protulit terra herbã fœni seminantẽ 12
semen secundũ genus & secundũ similitudinẽ: & li-
gnũ pomiferũ faciens fructũ, cuius semẽ eius in ipso,
secundum genus super terrã. Et vidit Deus quòd bo-
nũ. Et factũ est vespere, & factũ est mane, dies ter 13
tius. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento 14
cæli, vt luceant super terrã, ad diuidendum inter diẽ,
& inter noctẽ; & sint in signa, & in tẽpora, & in
dies, & in annos. Et sint in illuminationẽ in firma 15
mento cæli, vt luceant super terram. Et factũ est ita.
Et fecit Deus duo luminaria magna: luminare ma- 16
gnũ in principatus diei: & luminare minus in prin-
cipatus noctis: et stellas. Et posuit eas Deus in firma 17
mẽto cæli: vt lucerẽt super terrã; Et præessent diei, 18
& nocti, & diuiderẽt inter lucẽ et inter tenebras: et
vidit Deus quòd bonũ. Et factũ est vespere, & factũ 19
est mane, dies quartus. Et dixit Deus, Producant a- 20
quæ reptilia animarũ viuentiũ, & volatilia volãtia
super terrã; secundũ firmamentũ cæli: & factũ est ita.

1 ΕΝ ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.
2 ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· καὶ
σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέ-
3 ρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, γενηθήτω
4 φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ὅτι
καλόν. καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ
5 σκότους. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκά-
6 λεσε νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ, ἡμέρα μία. καὶ εἶ-
πεν ὁ θεὸς, Γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος· καὶ ἔστω διαχωρίζον
7 ἀναμέσον ὕδατος καὶ ὕδατος. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα. καὶ διε-
χώρισεν ὁ θεὸς ἀναμέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος,
8 καὶ ἀναμέσον τοῦ ὕδατος, τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος. καὶ ἐκάλεσεν ὁ
θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς, ὅτι καλόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέ-
9 ρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ, ἡμέρα δευτέρα. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, Συναχθήτω
τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ
ξηρά. καὶ ἐγένετο οὕτως· καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ
10 εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτοῦ, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὴν
ξηράν, γῆν· καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας. καὶ εἶ-
11 δεν ὁ θεὸς, ὅτι καλόν· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην
χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον
κάρπιμον ποιοῦν καρπόν· οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος
12 ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου
σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπι-
μον ποιοῦν καρπόν· οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ
13 τῆς γῆς· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο
14 πρωῒ, ἡμέρα τρίτη· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ
στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ διαχωρίζειν ἀ-
ναμέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀναμέσον τῆς νυκτός· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα,
15 καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς· καὶ ἔστωσαν εἰς
φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ
16 ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους,
τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας· καὶ τὸν φωστῆρα τὸν
17 ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός· καὶ τοὺς ἀστέρας· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ
18 θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ· ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ
ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· καὶ διαχωρίζειν ἀναμέσον τοῦ φω-
19 τὸς καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. καὶ ἐγέ-
20 νετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωῒ, ἡμέρα τετάρτη. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, ἐξα-
γαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα
ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐγένετο οὕτως.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

CAPVT PRIMVM.

IN principio creauit Deus cælum & terram. 2 Terra autem erat deserta & vacua; & tenebræ super faciem abyssi: & spiritus Dei
insufflabat super faciem aquarum. 3 Et dixit Deus, Sit lux: & fuit lux. 4 Et vidit Deus lucem quòd esset bona. Et diuisit Deus inter lucem
& inter tenebras. 5 Appellauitque Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Et fuit vespere & fuit mane dies vnus. 6 Et dixit Deus,
Sit firmamentum in medio aquarum: & diuidat inter aquas & aquas. 7 Et fecit Deus firmamentum: & diuisit inter aquas quæ erant sub-
ter firmamentum: & inter aquas quæ erant super firmamentum: & fuit ita. 8 Et vocauit Deus firmamentum cælum. Et fuit vespere & fuit
mane, dies secundus. 9 Et dixit Deus, Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Et fuit ita. 10 Et vocauit
Deus aridam terram: & locum congregationis aquarum appellauit maria. Et vidit Deus quòd esset bonum. 11 Et dixit Deus, Germinet terra ger-
minationem herbæ, cuius filius sementis seminatur: arboremque fructiferam facientem fructus secundum genus suum; cuius filius sementis in
ipso sit super terram. Et fuit ita. 12 Et produxit terra germen herbæ, cuius filius sementis seminatur secundum genus suum; & arborem facientem
fructus, cuius filius sementis in ipso secundum genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum. 13 Et fuit vespere & fuit mane, dies tertius. 14 Et
dixit Deus, Sint luminaria in firmamento cæli, vt diuidant inter diem & noctem: & sint in signa & in tempora: & vt numerentur per ea
dies & anni. 15 Et sint in luminaria in firmamento cæli ad illuminandum super terram: & fuit ita. 16 Et fecit Deus duo luminaria magna: lu-
minare maius, vt dominaretur in die: & luminare minus, vt dominaretur in nocte: & stellas. 17 Et posuit eas Deus in firmamento cæli ad illuminan-
dum super terram: 18 Et vt dominarentur in die & in nocte: & vt diuiderent inter lucẽ & tenebras: & vidit Deus quòd esset bonũ. 19 Et fuit vespere
& fuit mane, dies quartus. 20 Et dixit Deus, Serpant aquæ reptile animæ viuẽtis: & auem quæ volat super terrã super faciẽ aëris firmamenti cælorum.

21 ויברא אלהים את־התנינם הגדלים ואת כל־נפש
החיה הרמשת אשר שרצו המים למינהם ואת כל־
22 עוף כנף למינהו וירא אלהים כי־טוב ׃ ויברך אתם
אלהים לאמר פרו ורבו ומלאו את־המים בימים והעוף
23 ירב בארץ ׃ ויהי־ערב ויהי־בקר יום חמישי ׃
24 ויאמר אלהים תוצא הארץ נפש חיה למינה בהמה
25 ורמש וחיתו־ארץ למינה ויהי־כן ׃ ויעש אלהים
את־חית הארץ למינה ואת־הבהמה למינה ואת כל־
26 רמש האדמה למינהו וירא אלהים כי־טוב ׃ ויאמר
אלהים נעשה אדם בצלמנו כדמותנו וירדו בדגת הים
ובעוף השמים ובבהמה ובכל־הארץ ובכל־הרמש
27 הרמש על־הארץ ׃ ויברא אלהים את־האדם בצלמו
בצלם אלהים ברא אתו זכר ונקבה ברא אתם ׃
28 ויברך אתם אלהים ויאמר להם אלהים פרו ורבו
ומלאו את־הארץ וכבשה ורדו בדגת הים ובעוף
29 השמים ובכל־חיה הרמשת על־הארץ ׃ ויאמר
אלהים הנה נתתי לכם את־כל־עשב זרע זרע אשר על־
פני כל־הארץ ואת־כל־העץ אשר־בו פרי־עץ זרע זרע
30 לכם יהיה לאכלה ׃ ולכל־חית הארץ ולכל־עוף
השמים ולכל רומש על־הארץ אשר־בו נפש חיה את־
31 כל־ירק עשב לאכלה ויהי־כן ׃ וירא אלהים את־כל־
אשר עשה והנה־טוב מאד ויהי־ערב ויהי־בקר יום
1 הששי ׃ ב ויכלו השמים והארץ וכל־צבאם ׃
2 ויכל אלהים ביום השביעי מלאכתו אשר עשה וישבת
3 ביום השביעי מכל־מלאכתו אשר עשה ׃ ויברך
אלהים את־יום השביעי ויקדש אתו כי בו שבת מכל־
4 מלאכתו אשר־ברא אלהים לעשות ׃ אלה
תולדות השמים והארץ בהבראם ביום עשות יהוה
5 אלהים ארץ ושמים ׃ וכל שיח השדה טרם יהיה
בארץ וכל־עשב השדה טרם יצמח כי לא המטיר יהוה

21 * Creauitque Deus cete grandia, & omnem a-
C nimam viuentem atque motabilem, quã pro-
duxerãt aquę in species suas, & omne volatile
secũdum genus suũ. Et vidit Deus quòd esset
22 bonum : * Benedixitq; eis, dicens; Crescite & In.eod.4
multiplicamini, & replete aquas maris; auesq;
23 multiplicent super terram. * Et factum est ve-
24 spere & mane, dies quintus. * Dixit quoque
Deus: Producat terra animam viuentẽ in ge-
nere suo, iumẽta & reptilia & bestias terræ se-
25 cundũ species suas. Factumq; est ita. * Et fecit
Deꝰ bestias terræ iuxta species suas, iumẽta &
omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deꝰ
26 quòd esset bonũ. * Et ait, Faciamus hominem Inf.5.a. Sap.2.d. & 10.a. Ecc.17.a
ad imaginẽ & similitudinem nostrã; & pręsit
piscibus maris & volatilibus cæli & bestiis, v- Mar.10.a. Sup. col.c.
niuersęq; terræ, omniq; reptili quod mouetur Infr.8.& 9.a.c.
27 in terra. * Et creauit Deus hominẽ ad imaginẽ
D suã, ad imaginẽ Dei creauit illum; masculũ &
28 fœminã creauit eos. * Benedixitque illis Deus,
& ait: Crescite & multiplicamini, & replete
terrã, & subiicite eam: & dominamini piscibus
maris & volatilibus cęli & vniuersis animan-
29 tibus quę mouẽtur super terrã. * Dixitq; Deus:
Ecce dedi vobis oẽm herbã afferentẽ semẽ sup
terrã, & vniuersa ligna quæ habẽt in semetip-
sis sementẽ generis sui, vt sit vobis in escã & cũ-
30 ctis animãtibus terrę: * Omniq; volucri cęli &
vniuersis quæ mouẽtur in terra; & in quibus
est anima viuẽs: vt habeãt ad vescendũ. Et fa-
31 ctũ est ita. * Viditq; Deus cũcta quę fecerat, & Ecc.39.e Mar.7.d
erãt valde bona. Et factũ est vespere & mane,
dies sextus.

CAP. II.

1 IGitur perfecti sunt cęli & terra, & omnis or
2 natus eorũ. * Cõpleuitq; Deus die septimo o- Exo.20.b Heb.4.b.
A pus suũ quod fecerat, & requieuit die septimo
3 ab vniuerso opere quod patrarat. * Et benedi-
xit diei septimo, & sanctificauit illum: quia in
ipso cessauerat ab omni opere suo quod crea-
4 uit Deus vt faceret. * Istę sunt generationes cę
li & terræ quãdo creatæ sunt, in die quo fecit
5 Dñs Deus cęlũ & terrã. * Et omne virgultũ agri
anteq̃ oriretur in terra, omnẽmq; herbã regio
nis priusquã germinaret; nõ enim pluerat dñs

תרגום אונקלוס

21 וברא יי ית תניניא רברביא וית כל נפשא חיתא דרחישא דרחישו מיא לזניהון וית כל עופא דפרח לזנוהי וחזא יי ארי טב ׃
11 * Cui ille respondit: Nosti quòd Esau frater
meus homo pilosus sit, & ego lenis.
12 * Si attrectauerit me pater meus & senserit,
timeo ne putet me sibi voluisse illudere: &
inducat super me maledictionem, pro bene-
13 dictione. * Ad quem mater: In me sit,
ait, ista maledictio, fili mi: tātùm audi vocem
meam, & pergens affer quæ dixi.
14 * Abiit, & attulit, deditque matri. parauit
C illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius.
15 * Et vestibus Esau valdè bonis, quas apud
se habebat domi, induit eum:
16 * Pelliculasque hædorum circundedit ma-
17 nibus; & colli nuda protexit. * Deditque
pulmentum, & panes quos coxerat tradidit.
18 * Quibus illatis, dixit: Pater mi. At ille re-
spondit: Audio: Quis es tu, fili mi?
19 * Dixitque Iacob: Ego sum primogenitus
tuus Esau. feci sicut præcepisti mihi. Surge, se-
de, & comede de venatione mea, vt benedicat
20 mihi anima tua. * Rursumq; Isaac ad filium
suū, Quomodo, inquit, tam citò inuenire po-
tuisti, fili mi? qui respondit: Volūtas Dei fuit,
21 vt citò occurreret mihi quod volebam. * Di-
xitque Isaac: Accede huc, vt tāgam te, fili mi,
& probé, vtrùm tu sis filius meus Esau, an nō.
22 * Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit
D Isaac: Vox quidem, vox Iacob est; sed manus,
23 manus sunt Esau. * Et non cognouit eum:
quia pilosæ manus similitudinem maioris ex-
24 presserant. Benedicens ergo illi, * ait: Tu es fi-
25 lius meus Esau? respondit: Ego sum. * At ille:
Affer, inquit, mihi cibos de venatione tua, fili
mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cū ob-
26 latos comedisset, obtulit ei etiam vinū. * Quo Heb. 11. d.
hausto, dixit ad eū: Accede ad me, & da mihi
27 osculū, fili mi. * Accessit, & osculatus est eum.
Statimq; vt sensit vestimentorū eius fragran-
tiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei si-
cut odor agri, cui benedixit Dominus.
28 * Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedi-
ne terræ abundantiam frumenti, vini, & olei.

תרגום אונקלוס

10 ותעיל לאבוך וייכל בדיל דיברכינך קדם מותה׃ 11 ואמר יעקב לרבקה אמיה הא עשו אחי גבר שערן ואנא גבר שעיע׃
12 מאים ימושינני אבא ואהי בעינוהי כמתלעב ואיתי עלי לווטין ולא ברכן׃ 13 ואמרת ליה אמיה עלי אתאמר בנבואה דלא ייתון לוטיא
עלך אלהין ברכן ברי ברם קבל מני ואזל סב לי׃ 14 ואזל ונסב ואיתי לאמה ועבדת אמה תבשילין כמה דרחים אבוהי׃
15 ונסיבת רבקה ית לבושי עשו ברה רבא דכיתא דעמה בביתא ואלבשת ית יעקב ברה זעירא׃ 16 וית משכי דגדיי בר עזי
אלבישת על ידוהי ועל שעיעות צואריה׃ 17 ויהבת ית תבשיליא וית לחמא דעבדת ביד יעקב ברה׃ 18 ועאל לות אבוהי ואמר אבא
ואמר הא אנא מאן את ברי׃ 19 ואמר יעקב לאבוהי אנא עשו בוכרך עבדית כמה דמלילתא עמי קום כען אסתחר ואיכל מצידי
בדיל דיתברכינני נפשך׃ 20 ואמר יצחק לבריה מה דין אוחיתא לאשכחא ברי ואמר ארי זמן יוי אלהך קדמי׃ 21 ואמר
יצחק ליעקב קרב כען ואמושנך ברי האת דין ברי עשו אם לא׃ 22 וקרב יעקב לות יצחק אבוהי ומשיה ואמר קלא קליה
דיעקב וידיא ידוהי דעשו׃ 23 ולא אשתמודעיה ארי הואה ידוהי כידי עשו אחוהי שערנין וברכיה׃ 24 ואמר את דין ברי עשו ואמר
אנא׃ 25 ואמר קרב קדמי ואיכול מציד ברי בדיל דיתברכינך נפשי וקריב ליה ואכל ואעיל ליה חמרא ושתי׃ 26 ואמר
ליה יצחק אבוהי קריב כען ונשיק לי ברי׃ 27 וקרב ונשק ליה וארח ית ריחא דלבושוהי וברכיה ואמר חזי ריחא דברי כריחא
דחקלא דברכיה יוי׃ 28 ויתן לך יוי מטלא דשמיא ומטובא דארעא וסגיות עבור וחמר׃

* Et inferes patri tuo,& comedet, vt benedicat 10
tibi pater tuus antequam moriatur.
* Dixit autem Iacob ad Rebeccam matrem suã, 11
Est frater meus vir pilosus: ego autem vir læuis.
* Ne fortè ergo attrectet me pater meus: & ero 12
coram eo sicut despiciens. & inducam super me ma-
ledictionem, & non benedictionem.
* Dixit autem ei mater: Super me maledictio tua, 13
fili. solùm exaudi vocẽ meam: et pergens affer mihi.
* Abiens autem, accepit & attulit matri. & 14
fecit mater eius edulia, sicut amabat pater eius.
* Et accipiens Rebecca vestem Esau filij sui se- 15
nioris pulchram, quæ erat apud ipsam in domo, in-
duit eam Iacob filium suum iuniorem.
* Et pelles hædorum circumposuit circum bra- 16
chia eius, & circa nuda colli eius.
* Et dedit edulia & panes quos fecit in manus 17
Iacob filij sui. * Et intulit patri suo, & di- 18
xit, Pater. ille autem dixit, Ecce ego. quis es tu fili?
* Et dixit Iacob patri suo: Ego Esau primogeni- 19
tus tuus, feci sicut locutus es mihi. surgens sede, &
comede de venatione mea, vt benedicat mihi ani-
ma tua.
* Dixit autem Isaac filio suo: Quid hoc, quòd ci- 20
tò inuenisti, fili? ille autem dixit, quòd tradidit do-
minus Deus tuus coram me.
* Dixit autem Isaac Iacob: Appropinqua mihi, et 21
contrectabo te, fili, si tu es filius meus Esau, an non.
* Appropinquauit autem Iacob ad Isaac patrem 22
suum: & contrectauit eum, & dixit: Ipsa quidem
vox, vox Iacob: at manus, manus Esau. * Et non 23
cognouit eum. erant enim manus eius, sicut manus
Esau fratris eius pilosæ: & benedixit ei.
* Et dixit, Tu es filius meus Esau? ille autem di- 24
xit, Ego. * Et dixit: Affer mihi, & comedam 25
de venatione tua, fili; vt benedicat tibi anima mea.
& attulit ei, & comedit: & obtulit ei vinum, &
bibit. * Et dixit ei pater eius Isaac, Appropinqua 26
mihi, & osculare me, fili. * Et appropinquans, os- 27
culatus est eum: & odoratus est odorem vestimen-
torum eius. & benedixit ei, & dixit: Ecce odor fi-
lij mei, sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus.
* Et dabit tibi Deus de rore cæli, & de pingue- 28
dine terræ multitudinem frumenti & vini.

10 * καὶ εἰσοίσεις τῷ πατρί σου, καὶ φάγεται, ὅπως εὐλογήσῃ σε ὁ
11 πατήρ σου πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν. * εἶπε δὲ ἰακὼβ πρὸς ῥε-
βέκκαν τὴν μητέρα αὐτοῦ, ἔστιν ὁ ἀδελφός μου ἀνὴρ δασὺς,
12 ἐγὼ δὲ ἀνὴρ λεῖος. * μή ποτε οὖν ψηλαφήσῃ με ὁ πα-
τήρ μου, καὶ ἔσομαι ἐναντίον αὐτοῦ ὡς καταφρονῶν· καὶ ἐπάξω
13 ἐπ' ἐμαυτὸν κατάραν, καὶ οὐκ εὐλογίαν. * εἶπε δὲ αὐ-
τῷ ἡ μήτηρ, ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρα σου τέκνον· μόνον ἐπάκουσον τῆς
φωνῆς μου· καὶ πορευθεὶς ἔνεγκέ μοι.
14 * πορευθεὶς δὲ ἔλαβε καὶ ἤνεγκε τῇ μητρί· καὶ ἐποίησεν ἡ μή-
τηρ αὐτοῦ ἐδέσματα, καθὰ ἐφίλει ὁ πατὴρ αὐτοῦ.
15 * καὶ λαβοῦσα ῥεβέκκα τὴν στολὴν ἠσαῦ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς
τοῦ πρεσβυτέρου τὴν καλὴν, ἣ ἦν παρ' αὐτῇ ἐν τῷ οἴκῳ, ἐ-
νέδυσεν αὐτὴν ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον·
16 * καὶ τὰ δέρματα τῶν ἐρίφων περιέθηκε περὶ τοὺς βρα-
χίονας αὐτοῦ, καὶ περὶ τὰ γυμνὰ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ.
17 * καὶ ἔδωκε τὰ ἐδέσματα καὶ τοὺς ἄρτους οὓς ἐποίησεν εἰς τὰς
18 χεῖρας ἰακὼβ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς. * καὶ εἰσήνεγκε τῷ πατρὶ αὐ-
τοῦ. καὶ εἶπε, πάτερ· ὁ δὲ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγώ. τίς εἶ σὺ τέκνον;
19 * καὶ εἶπεν ἰακὼβ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἐγὼ ἠσαῦ ὁ πρωτότοκός
σου. πεποίηκα καθὼς λελάληκάς μοι· ἀναστὰς κάθισον, καὶ
φάγε ἀπὸ τῆς θήρας μου, ὅπως εὐλογήσῃ με ἡ ψυχή σου.
20 * εἶπε δὲ ἰσαὰκ τῷ υἱῷ αὐτοῦ· τί τοῦτο ὃ ταχὺ εὗρες ὦ τέκνον;
ὁ δὲ εἶπεν, ὃ παρέδωκε κύριος ὁ θεός σου ἐναντίον ἐμοῦ.
21 * εἶπε δὲ ἰσαὰκ τῷ ἰακὼβ, ἔγγισόν μοι, καὶ ψηλαφήσω σε
τέκνον, εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου ἠσαῦ ἢ οὔ.
22 * ἤγγισε δὲ ἰακὼβ πρὸς ἰσαὰκ τὸν πατέρα αὐτοῦ. καὶ ἐψη-
λάφησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν, ἡ μὲν φωνὴ, φωνὴ ἰακώβ· αἱ δὲ χεῖρες,
23 χεῖρες ἠσαῦ. * καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτόν· ἦσαν γὰρ αἱ χεῖρες
αὐτοῦ, ὡς αἱ χεῖρες ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δασεῖαι. καὶ εὐλό-
24 γησεν αὐτόν. * καὶ εἶπεν, σὺ εἶ ὁ υἱός μου ἠσαῦ; ὁ δὲ εἶπεν,
25 ἐγώ. * καὶ εἶπε, προσάγαγέ μοι, καὶ φάγομαι ἀπὸ τῆς
θήρας σου τέκνον, ἵνα εὐλογήσῃ σε ἡ ψυχή μου· καὶ προσή-
νεγκεν αὐτῷ, καὶ ἔφαγεν· καὶ εἰσήνεγκεν αὐτῷ οἶνον, καὶ ἔπιεν.
26 * καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἰσαάκ· ἔγγισόν μοι, καὶ φίλη-
27 σόν με τέκνον. * καὶ ἐγγίσας ἐφίλησεν αὐτόν· καὶ ὠσφράνθη τὴν
ὀσμὴν τῶν ἱματίων αὐτοῦ. καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν, ἰδοὺ
ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους, ὃν εὐλόγησε κύριος.
28 * καὶ δώσει σοι ὁ θεὸς ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς
πιότητος τῆς γῆς πλῆθος σίτου καὶ οἴνου.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

10 Et afferes patri tuo,& comedet; vt benedicat tibi ante mortem suam. 11 Et dixit Iacob Rebeccæ matri suæ: Ecce Esau frater
meus vir pilosus est, & ego vir lenis. 12 Fortè contrectabit me pater meus,& ero in oculis suis quasi illudens,& inducam super me
maledictiones,& non benedictiones. 13 Et dixit ei mater sua: Mihi dictum est per prophetiam,quòd non venient maledictiones su-
per te,nisi benedictiones,fili mi: tantummodo acquiesce mihi,& vade,tolle mihi. 14 Et abiit,& tulit & attulit matri suæ. Et fecit ma-
ter eius edulia,sicut dilexit pater eius. 15 Et tulit Rebecca vestimenta Esau filij sui maioris, quæ erant munda,quæ secum erant in domo; &
induit Iacob filium suum minorem: 16 Et pelles hædorum induit super manus eius, & super lenitatem colli sui. 17 Et posuit e-
dulia quæ fecerat,& panem in manu Iacob filij sui. 18 Et ingressus est ad patrem suum, & ait: Pater mi. & dixit: Ecce ego. quis es tu
fili mi? 19 Et ait Iacob patri suo: Ego sum Esau primogenitus tuus: feci sicut mihi locutus es: Surge,obsecro,recumbe & comede de vena-
tione mea, vt benedicat mihi anima tua. 20 Et ait Isaac filio suo: Quid est hoc,quòd tam citò inuenisti,fili mi? & ait: Quoniam præpara-
uit Dominus Deus tuus coram me. 21 Et dixit Isaac ad Iacob; Accede, obsecro,& attrectabo te, fili mi; vtrùm tu sis filius meus Esau,
an non. 22 Et accessit Iacob ad Isaac patrem suum;& attrectauit eum: & ait: Vox,vox Iacob: & manus,manus Esau. 23 Et non
cognouit eum,quoniam erant manus eius sicut manus Esau fratris sui pilosæ: & benedixit ei: 24 Et ait: Tu es filius meus Esau? & dixit,E-
go sum. 25 Et ait: Accede coram me,& comedam de venatione filij mei,vt benedicat tibi anima mea. Et obtulit ei,& comedit,& attulit ei vi-
num,& bibit. 26 Et dixit ei Isaac pater eius: Accede,obsecro,& osculare me, fili mi. 27 Et accessit,& osculatus est eum: & odoratus est
odorem vestimentorum suorum: & benedixit ei. Et ait: Ecce odor filij mei,sicut odor agri,cui benedixit Dominus. 28 Det autem tibi Domi-
nus de rore cæli,& de bono terræ,& multitudinem frumenti & vini.

29 * יַעַבְדוּךָ עַמִּים וְיִשְׁתַּחֲוֻ לְךָ לְאֻמִּים הֱוֵה גְבִיר
לְאַחֶיךָ וְיִשְׁתַּחֲווּ לְךָ בְּנֵי אִמֶּךָ אֹרְרֶיךָ אָרוּר וּמְבָרֲכֶךָ
30 בָּרוּךְ׃ * וַיְהִי כַּאֲשֶׁר כִּלָּה יִצְחָק לְבָרֵךְ אֶת־יַעֲקֹב
וַיְהִי אַךְ יָצֹא יָצָא יַעֲקֹב מֵאֵת פְּנֵי יִצְחָק אָבִיו
31 וְעֵשָׂו אָחִיו בָּא מִצֵּידוֹ׃ * וַיַּעַשׂ גַּם־הוּא מַטְעַמִּים
וַיָּבֵא לְאָבִיו וַיֹּאמֶר לְאָבִיו יָקֻם אָבִי וְיֹאכַל מִצֵּיד
32 בְּנוֹ בַּעֲבֻר תְּבָרְכַנִּי נַפְשֶׁךָ׃ * וַיֹּאמֶר לוֹ יִצְחָק אָבִיו
33 מִי־אָתָּה וַיֹּאמֶר אֲנִי בִּנְךָ בְכֹרְךָ עֵשָׂו׃ * וַיֶּחֱרַד יִצְחָק
חֲרָדָה גְּדֹלָה עַד־מְאֹד וַיֹּאמֶר מִי־אֵפוֹא הוּא
הַצָּד־צַיִד וַיָּבֵא לִי וָאֹכַל מִכֹּל בְּטֶרֶם תָּבוֹא
34 וָאֲבָרְכֵהוּ גַּם־בָּרוּךְ יִהְיֶה׃ * כִּשְׁמֹעַ עֵשָׂו אֶת־
דִּבְרֵי אָבִיו וַיִּצְעַק צְעָקָה גְּדֹלָה וּמָרָה עַד־מְאֹד
35 וַיֹּאמֶר לְאָבִיו בָּרְכֵנִי גַם־אָנִי אָבִי׃ * וַיֹּאמֶר בָּא
36 אָחִיךָ בְּמִרְמָה וַיִּקַּח בִּרְכָתֶךָ׃ * וַיֹּאמֶר הֲכִי קָרָא
שְׁמוֹ יַעֲקֹב וַיַּעְקְבֵנִי זֶה פַעֲמַיִם אֶת־בְּכֹרָתִי לָקָח
וְהִנֵּה עַתָּה לָקַח בִּרְכָתִי וַיֹּאמַר הֲלֹא־אָצַלְתָּ לִּי
37 בְּרָכָה׃ * וַיַּעַן יִצְחָק וַיֹּאמֶר לְעֵשָׂו הֵן גְּבִיר שַׂמְתִּיו
לָךְ וְאֶת־כָּל־אֶחָיו נָתַתִּי לוֹ לַעֲבָדִים וְדָגָן וְתִירֹשׁ
38 סְמַכְתִּיו וּלְכָה אֵפוֹא מָה אֶעֱשֶׂה בְּנִי׃ * וַיֹּאמֶר
עֵשָׂו אֶל־אָבִיו הַבְרָכָה אַחַת הִוא־לְךָ אָבִי בָּרְכֵנִי
39 גַם־אָנִי אָבִי וַיִּשָּׂא עֵשָׂו קֹלוֹ וַיֵּבְךְּ׃ * וַיַּעַן יִצְחָק
אָבִיו וַיֹּאמֶר אֵלָיו הִנֵּה מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ יִהְיֶה מוֹשָׁבֶךָ
40 וּמִטַּל הַשָּׁמַיִם מֵעָל׃ * וְעַל־חַרְבְּךָ תִחְיֶה וְאֶת־
אָחִיךָ תַּעֲבֹד וְהָיָה כַּאֲשֶׁר תָּרִיד וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ מֵעַל
41 צַוָּארֶךָ׃ * וַיִּשְׂטֹם עֵשָׂו אֶת־יַעֲקֹב עַל־הַבְּרָכָה
אֲשֶׁר בֵּרְכוֹ אָבִיו וַיֹּאמֶר עֵשָׂו בְּלִבּוֹ יִקְרְבוּ יְמֵי אֵבֶל
42 אָבִי וְאַהַרְגָה אֶת־יַעֲקֹב אָחִי׃ * וַיֻּגַּד לְרִבְקָה
אֶת־דִּבְרֵי עֵשָׂו בְּנָהּ הַגָּדֹל וַתִּשְׁלַח וַתִּקְרָא לְיַעֲקֹב
בְּנָהּ הַקָּטָן וַתֹּאמֶר אֵלָיו הִנֵּה עֵשָׂו אָחִיךָ מִתְנַחֵם
לְךָ לְהָרְגֶךָ׃

29 * Et seruiant tibi populi, & adorent te tri-
bus. Esto dominus fratrum tuorum: & incur-
uentur ante te filij matris tuę. qui maledixerit
tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit ti-
30 bi, benedictionibus repleatur. * Vix Isaac ser-
monem impleuerat; & egresso Iacob foras, ve
31 nit Esau: * Coctosque de venatione cibos
E intulit patri, dicens: Surge, pater mi: & come-
de de venatione filij tui, vt benedicat mihi a-
32 nima tua. * Dixitque illi Isaac: Quis enim es
tu? qui respondit: Ego sum filius tuus primo-
33 genitus Esau. * Expauit Isaac stupore vehe-
menti; & vltra quàm credi potest admirãs, ait:
Quis igitur ille est, qui dudum captam vena-
tionem attulit mihi, & comedi ex omnibus,
priusquàm tu venires? Benedixique ei, & erit
34 benedictus. * Auditis Esau sermonibus pa-
tris, irrugiit clamore magno; & consternatus,
35 ait: Benedic etiam & mihi, pater mi. * Qui ait:
Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit
36 benedictionem tuam. * At ille subiunxit: Iustè
F vocatum est nomen eius Iacob. Supplantauit
enĩ me, en altera vice. primogenita mea antè
tulit, & nũc secũdò surripuit benedictionem
meã. Rursumq; ad patrẽ: Nunquid non reser-
37 uasti, ait, & mihi benedictionẽ? * Respondit I-
saac: Dñm tuũ illũ constitui; & omnes fratres
suos seruituti eius subiugaui. frumẽto & vino
stabiliui eũ; & tibi post hæc, fili mi, vltrà quid
38 faciam? * Cui Esau: Nũ vnã, inquit, tantùm be
nedictionẽ habes, pater? mihi quoq;, obsecro,
39 vt benedicas. Cũq; eiulatu magno fleret, * Mo Heb.12.c
tus Isaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ,
& in rore cæli desuper erit benedictio tua.
40 * Viues in gladio: & fratri tuo seruies: tem-
pusque veniet cùm excutias & soluas iugum
41 eius de ceruicibus tuis. * Oderat ergo ipse
Esau Iacob, pro benedictione qua benedixe-
rat ei pater. Dixitque in corde suo: Venient Abd.1.a
dies luctus patris mei, & occidam Iacob fra-
42 trem meum. * Nunciata sunt hæc Re-
beccæ. quæ timens, & vocans Iacob filium
suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus mi-
natur, vt occidat te.

תרגום אונקלוס

29 יפלחונך עממין וישתעבדון לך מלכון הוי רב לאחך ויסגדון לך בני אמך ליטך יהון ליטין ומברכך יהון בריכין׃
30 והוה כד שיצי יצחק לברכא ית יעקב והוה ברם מפק נפק יעקב מן קדם יצחק אבוהי ועשו אחוהי עאל מצידיה׃ 31 ועבד אף
הוא תבשילין ואיתי לאבוהי ואמר לאבוהי יקום אבא וייכול מצידא דבריה בדיל דיתברכנני נפשך׃ 32 ואמר ליה יצחק אבוהי
מאן את ואמר אנא ברך בוכרך עשו׃ 33 ותוה יצחק תוהא רבא עד לחדא ואמר מן הוא דיכי דצד צידא ואעיל לי ואכלית מכולא
עד לא תיעול וברכתיה אף בריך יהא׃ 34 כד שמע עשו ית פתגמי אבוהי וצוח צווחא רבא ומרירא עד לחדא ואמר לאבוהי ברכני אף
אנא אבא׃ 35 ואמר עאל אחוך בחכמתא וקביל ברכתך׃ 36 ואמר יאות קרא שמיה יעקב ואחכמני דנן תרתין זמנין ית בכירותי
נסב והא כען קביל ברכתי ואמר הלא שבקת לי ברכתא׃ 37 ואתיב יצחק ואמר לעשו הא רב שויתיה לך וית כל אחוהי יהבית ליה
לעבדין ועבור וחמר סעדתיה ולך הכא מה אעביד ברי׃ 38 ואמר עשו לאבוהי הברכתא חדא היא לך אבא ברכני אף אנא אבא וארים
עשו קליה ובכא׃ 39 ואתיב יצחק אבוהי ואמר ליה הא מטובא דארעא יהא מותבך ומטלא דשמיא מלעילא׃ 40 ועל חרבך
תחי וית אחוך תפלח ויהא כד יעברון בנוהי על פתגמי אוריתא ותעדי ניריה מעל צוארך׃ 41 ונטר עשו דבבו ליעקב על ברכתא
דבריכיה אבוהי ואמר עשו בלביה יקרבון יומי אבלא דאבא ואקטול ית יעקב אחי׃ 42 ואתחוא לרבקה ית פתגמי עשו
ברה רבא ושלחת וקרת ליעקב ברה זעירא ואמרת ליה הא עשו אחוך כמן לך למקטלך׃

* Et seruiant tibi gentes: & adorabunt te prin- 29
cipes. & esto dominus fratris tui: & adorabunt te
filij patris tui. qui maledixerit tibi, maledictus: at
benedicens tibi, benedictus.
* Et factum est postquam cessauit Isaac benedicens 30
Iacob filio suo: & factum est vt egressus est Iacob
à facie Isaac patris sui, & Esau frater eius venit de
venatione. * Et fecit & ipse edulia, & obtulit 31
patri suo: & dixit: Surgat pater meus, & comedat
de venatione filij sui, vt benedicat mihi anima tua.
* Et dixit illi Isaac pater eius: Quis es tu? ille au- 32
tem dixit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau.
* Expauit autem Isaac stupore magno valdè, & 33
dixit: Quis igitur qui venatus est mihi venatio-
nem, & intulit mihi, & comedi de omnibus ante-
quàm tu venires? & benedixi ei, & benedictus e-
rit. * Factum est autem quando audiuit Esau 35
verba Isaac patris sui; & clamauit voce magna et
amara valdè: & ait, Benedic & mihi, pater.
* Ait autem illi: Veniens frater tuus cum dolo, 35
accepit benedictionem tuam.
* Et dixit: Iustè vocatum est nomen eius Iacob. 36
supplantauit enim me iam secundò, & primogenita
mea tulit: & nunc accepit benedictionem meam. et
dixit Esau patri suo: Non relicta est mihi benedictio
pater? * Respondens autem Isaac, dixit Esau: 37
Si dominum illum feci tuum, & omnes fratres eius
seruos: frumento & vino stabiliui eum: tibi autem
quid faciam, fili?
* Dixit autem Esau ad patrem suum: Num bene- 38
dictio vna tibi est, pater? benedic & mihi, pater. Cō-
puncto autem Isaac, exclamauit voce Esau, et fleuit.
* Respondens autem Isaac pater eius, dixit ei: Ec- 39
ce de pinguedine terræ erit habitatio tua, & de rore
cæli desuper. * Et in gladio tuo viues: & fra- 40
tri tuo seruies. erit autē quando deponas & detra-
has iugū eius de collo tuo. * Et iratus est Esau Iacob, 41
pro benedictione qua benedixit ei pater eius. Dixit
autem Esau in mente sua: Appropinquent dies lu-
ctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum.
* Nunciata sunt autem Rebeccæ verba Esau filij 42
sui senioris. & mittens, vocauit Iacob filium suum
iuniorem, & dixit ei: Ecce Esau frater tuus mina-
tur tibi occidere te.

29 * καὶ δουλευσάτωσάν σοι ἔθνη· καὶ προσκυνήσουσί σοι
ἄρχοντες. καὶ γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου. καὶ προσκυνή-
σουσί σοι υἱοὶ τοῦ πατρός σου. ὁ καταρώμενός σοι, ἐπικατάρατος·
30 ὁ δὲ εὐλογῶν σε, εὐλογημένος. * καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ παύσασθαι
ἰσαὰκ εὐλογοῦντα ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ὡς ἐξῆλθεν
ἰακὼβ ἀπὸ προσώπου ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἡσαῦ ὁ ἀδελ-
31 φὸς αὐτοῦ ἦλθεν ἀπὸ τῆς θήρας. * καὶ ἐποίησε καὶ αὐτὸς ἐ-
δέσματα, καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ αὐτοῦ· καὶ εἶπεν· ἀναστήτω
ὁ πατήρ μου, καὶ φαγέτω ἀπὸ τῆς θήρας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· ὅπως
32 εὐλογήσῃ με ἡ ψυχή σου. * καὶ εἶπεν αὐτῷ ἰσαὰκ ὁ πατὴρ
αὐτοῦ· τίς εἶ σύ; ὁ δὲ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ὁ υἱός σου ὁ πρωτότοκος ἡσαῦ.
33 * ἐξέστη δὲ ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα, καὶ εἶπεν· τίς οὖν
ὁ θηρεύσας μοι θήραν, καὶ εἰσήνεγκέ μοι, καὶ ἔφαγον ἀπὸ πάν-
των πρὸ τοῦ σὲ ἐλθεῖν· καὶ εὐλόγησα αὐτὸν, καὶ εὐλογημένος
34 ἔσται. * ἐγένετο δὲ ἡνίκα ἤκουσεν ἡσαῦ τὰ ῥήματα ἰσαὰκ τοῦ
πατρὸς αὐτοῦ· καὶ ἐβόησε φωνὴν μεγάλην καὶ πικρὰν σφόδρα· καὶ
35 εἶπεν, εὐλόγησον δὴ κἀμὲ πάτερ. * εἶπε δὲ αὐτῷ, ἐλθὼν ὁ ἀδελ-
36 φός σου μετὰ δόλου, ἔλαβε τὴν εὐλογίαν σου. * καὶ εἶπε, δι-
καίως ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰακώβ. ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη
δεύτερον, τά τε πρωτοτόκιά μου εἴληφε· καὶ νῦν ἔλαβε τὴν
εὐλογίαν μου. καὶ εἶπεν ἡσαῦ τῷ πατρὶ αὐτοῦ· οὐχ ὑπολέλει-
37 πτό μοι εὐλογία πάτερ; * ἀποκριθεὶς δὲ ἰσαὰκ εἶπε τῷ ἡσαῦ·
εἰ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου, καὶ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ
οἰκέτας· σίτῳ καὶ οἴνῳ ἐστερέωσα αὐτόν. σοὶ δὲ τί ποιήσω τέκνον;
38 * εἶπε δὲ ἡσαῦ πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ· μὴ εὐλογία μία σοί
ἐστι πάτερ; εὐλόγησον δὴ κἀμὲ πάτερ. κατανυχθέντος δὲ ἰ-
σαὰκ, ἀνεβόησε φωνῇ ἡσαῦ, καὶ ἔκλαυσεν.
39 * ἀποκριθεὶς δὲ ἰσαὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ· ἰδοὺ ἀ-
πὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσται ἡ κατοίκησίς σου, καὶ ἀπὸ τῆς
40 δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν. * καὶ ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζή-
σῃ· καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις. ἔσται δὲ ἡνίκα ἂν καθέλῃς
καὶ ἐκλύσῃς τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου.
41 * καὶ ἐνεκότει ἡσαῦ τῷ ἰακὼβ περὶ τῆς εὐλογίας ἧς εὐλόγησεν
αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. εἶπε δὲ ἡσαῦ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ, ἐγγισά-
τωσαν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους τοῦ πατρός μου, ἵνα ἀποκτείνω ἰα-
42 κὼβ τὸν ἀδελφόν μου. * ἀπηγγέλη δὲ ῥεβέκκα τὰ ῥήματα
ἡσαῦ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πρεσβυτέρου. καὶ πέμψασα, ἐκάλε-
σεν ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἰδοὺ ἡσαῦ
ὁ ἀδελφός σου ἀπειλεῖταί σοι τοῦ ἀποκτεῖναί σε.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

[29] Seruiant tibi populi, & subiiciantur tibi regna esto princeps fratribus tuis: & adorabunt te filij matris tuæ. maledicentes tibi, erunt maledicti: & benedicentes tibi, erunt benedicti. [30] Et factum est cùm consummasset Isaac benedicere Iacob, Iacob egrediente à facie Isaac patris sui, Esau frater eius veniebat de venatione sua. [31] Et fecit quoque ipse edulia, & intulit patri suo, & dixit ei: Surgat pater meus, & comedat de venatione filij sui; vt benedicat mihi anima tua. [32] Et ait illi pater eius: Quis es tu? & dixit: Ego filius tuus primogenitus tuus Esau.
[33] Et admiratus est Isaac admiratione magna vsque nimis. & ait: Quis est ille qui venatus est venationem, & attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquàm intrares? & benedixi ei, benedictus quoque erit. [34] Quando audiuit Esau verba patris sui, clamauit clamore magno & amaro vsque nimis: & dixit patri suo: Benedic etiam mihi, pater mi. [35] Et ait: Venit frater tuus sapienter, & accepit benedictionem tuam.
[36] Et ait: Rectè vocatum est nomen eius, Iacob· supplantauit enim me his duabus vicibus: primogenita mea tulit; & ecce nunc suscepit benedictionem meam. Et dixit: Nunquid non reseruasti mihi benedictionem? [37] Responditque Isaac, & dixit ad Esau: Ecce principem constitui eum tibi; & omnes fratres suos dedi ei in seruos· & frumento & vino stabiliui eum: & nunc tibi quid faciam vltrà, fili mi? [38] Et dixit Esau patri suo: Nunquid benedictio vna tantùm est tibi, pater mi? benedic quoque mihi pater mi. & leuauit Esau vocem suam, & fleuit.
[39] Et respondit Isaac pater eius, & ait illi: Ecce de optimo terræ erit habitatio tua, & de rore cæli desuper. [40] Et in gladio tuo viues: & fratri tuo seruies: & erit quando transgredientur filij eius verba legis, auferes iugum eius de ceruicibus tuis. [41] Et habuit Esau odio Iacob, pro benedictione qua benedixerat ei pater eius. Et dixit Esau in corde suo: Appropinquabunt dies luctus patris mei; & interficiam Iacob fratrem meum. [42] Nunciataque sunt Rebeccæ verba Esau filij sui maioris: & misit & vocauit Iacob filium suum minorem: & dixit ei: Ecce Esau frater tuus insidiatur tibi vt interficiat te.

43 * ועתה בני שמע בקלי וקום ברח־לך אל־לבן אחי
44 חרנה: * וישבת עמו ימים אחדים עד אשר־
45 תשוב חמת אחיך: * עד־שוב אף־אחיך ממך
ושכח את אשר־עשית לו ושלחתי ולקחתיך משם
46 למה אשכל גם־שניכם יום אחד: * ותאמר
רבקה אל־יצחק קצתי בחיי מפני בנות חת אם־
לקח יעקב אשה מבנות־חת כאלה מבנות הארץ
למה לי חיים:

כח

1 * ויקרא יצחק אל־יעקב ויברך
אתו ויצוהו ויאמר לו לא־תקח אשה מבנות כנען:
2 * קום לך פדנה ארם ביתה בתואל אבי אמך וקח־
3 לך משם אשה מבנות לבן אחי אמך: * ואל שדי
יברך אתך ויפרך וירבך והיית לקהל עמים:
4 * ויתן־לך את־ברכת אברהם לך ולזרעך אתך
לרשתך את־ארץ מגריך אשר־נתן אלהים
5 לאברהם: * וישלח יצחק את־יעקב וילך פדנה
ארם אל־לבן בן־בתואל הארמי אחי רבקה אם
6 יעקב ועשו: * וירא עשו כי־ברך יצחק את־
יעקב ושלח אתו פדנה ארם לקחת־לו משם
אשה בברכו אתו ויצו עליו לאמר לא־תקח אשה
7 מבנות כנען: * וישמע יעקב אל־אביו ואל־אמו
8 וילך פדנה ארם: * וירא עשו כי רעות בנות כנען
9 בעיני יצחק אביו: * וילך עשו אל־ישמעאל ויקח
את־מחלת בת־ישמעאל בן־אברהם אחות נביות
על־נשיו לו לאשה:
10 * ויצא יעקב מבאר שבע וילך חרנה: * ויפגע
11 במקום וילן שם כי־בא השמש ויקח מאבני המקום
12 וישם מראשתיו וישכב במקום ההוא: * ויחלם והנה
סלם מצב ארצה וראשו מגיע השמימה והנה מלאכי
אלהים עלים וירדים בו:

43 * Nunc ergo, fili, audi vocem meam: & cō-
G ſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Arā:
44 * Habitabiſque cum eo dies paucos, donec
45 requieſcat furor fratris tui: *Et ceſſet indigna-
tio eius; obliuiſcaturque eorum quæ feciſti in
eum. poſteà mittam & adducam te indè huc.
46 Cur vtroque orbabor filio in vno die? *Dixít-
q; Rebecca ad Iſaac: Tædet me vitæ meę pro-
pter filias Heth. Si acceperit Iacob vxorem de
ſtirpe huius terræ, nolo viuere.

CAP. XXVIII.

1 Vocauit itaq; Iſaac Iacob, & benedixit eū:
A præcepitque ei, dicens: Noli accipere con-
2 iugem de genere Chanaan: * Sed vade &
proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ, ad do-
mum Bathuel patris matris tuæ; & accipe ti-
bi inde vxorem de filiabus Laban auūculi tui.
3 * Deus autem omnipotens benedicat tibi, &
creſcere te faciat atque multiplicet, vt ſis in
4 turbas populorum. * Et det tibi benedictio-
nes Abraæ, & ſemini tuo poſt te; vt poſſideas
terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus
5 eſt auo tuo. * Cumque dimiſiſſet eum Iſaac,
profectus peruenit in Meſopotamiam Syriæ,
ad Laban filium Bathuel Syri fratrem Rebec-
6 cæ matris ſuę. *Videns autē Eſau quòd bene-
B dixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet eū in Me-
ſopotamiam Syrię, vt indè vxorem duceret: &
poſt benedictionem præcepiſſet ei, dicens: Nō
7 accipies vxorē de filiabus Chanaan: *Quódq;
obediens Iacob parentibus ſuis, iſſet in Syriā.
8 * Probans quoque quòd non libenter aſpi-
9 ceret filias Chanaan pater ſuus: *Iuit ad Hiſ-
maelem, & duxit vxorem abſq; his quas priùs
habebat, Melech filiam Hiſmael filij Abraam,
10 ſororem Nabaioth. *Igitur egreſſus Iacob de
11 Berſabee, pergebat Aran. * Cúmque veniſſet
ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere
C poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui
iacebant: & ſupponens capiti ſuo, dormiuit
12 in eodem loco. * Viditque in ſomnis ſcalam
ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tan-
gens cælum: angelos quoque Dei aſcenden-
tes & deſcendentes per eam.

תרגום אונקלוס

43 וכען ברי קביל מני וקום איזיל לך לות לבן אחי לחרן: 44 ותיתיב עמיה יומין זעירין עד דיתתוב רוגזא דאחוך: 45 עד דיתוב
רוגזא דאחוך מנך ויתנשי ית דעבדת ליה ואשלח ואדברינך מתמן למה אתכל מתרויכון יומא חד: 46 ואמרת רבקה ליצחק עקית בחיי מן
קדם בנת חת אם נסיב יעקב אתתא מבנת חיתאה כאלין מבנת ארעא למה לי חיין:
כח
1 וקרא יצחק ליעקב ובריך יתיה ופקדיה ואמר ליה לא תסב אתתא מבנת כנען: 2 קום איזיל
לפדן ארם לבית בתואל אבוה דאמך וסב לך מתמן אתתא מבנת לבן אחוה דאמך: 3 ואל שדי יברך יתך ויפשינך ויסגינך ותהי
לכנשת שבטין: 4 ויתן לך ית ברכתא דאברהם לך ולבנך עמך למירתך ית ארע תותבותך דיהב יי לאברהם: 5 ושלח
יצחק ית יעקב ואזל לפדן ארם לות לבן בר בתואל ארמאה אחוהא דרבקת אמיה דיעקב ועשו: 6 וחזא עשו ארי בריך יצחק ית
יעקב ושלח יתיה לפדן ארם למסב ליה מתמן אתתא כד בריך יתיה ופקיד עלוהי למימר לא תסב אתתא מבנת כנען: 7 וקביל יעקב
למימר אבוהי ואמיה ואזל לפדן ארם: 8 וחזא עשו ארי בישן בנת כנען בעיני יצחק אבוהי: 9 ואזל עשו לות
ישמעאל ונסב ית מחלת בת ישמעאל בר אברהם אחתיה דנביות על נשוהי ליה לאנתו: 10 ונפק יעקב מבירא דשבע ואזל
לחרן: 11 וערע באתרא ובת תמן ארי על שמשא ונסב מאבני אתרא ושוי איסדוהי ושכיב באתרא ההוא: 12 וחלם
והא סלמא נעיץ בארעא ורישה מטי עד צית שמיא והא מלאכיא דיי סלקין ונחתין ביה:

* Nunc ergo, o fili, audi meam vocem: & sur- 43
gens fuge in Mesopotamiam ad Laban fratrem meũ
in Charran: * Et habita cum eo dies aliquot, 44
donec auertatur furor, * Et ira fratris tui à te; 45
& obliuiscatur quæ fecisti ei. & mittens accersam
te indè, ne fortè orber à duobus vobis in die vna.
* Dixit autem Rebecca ad Isaac: Infensa sum 46
vitæ meæ propter filias filiorum Het. Si accepero Ia-
cob vxorem de filiabus terræ huius, vt quid mihi
viuere?

CAP. XXVIII.

ADuocans autem Isaac Iacob, benedixit ei. & 1
præcepit ei, dicens: Non accipies vxorem de fi-
liabus Chananæorum. * Surgens fuge in Mesopo- 2
tamiam, in domum Bathuel patris matris tuæ: &
accipe tibi ipsi vxorem de filiabus Laban fratris ma
tris tuæ. * At Deus meus benedicat tibi, fili, 3
& multiplicet te, & eris in congregationem gen-
tium. * Et dabit tibi benedictionem Abraam 4
patris mei tibi, & semini tuo post te, ad hæreditan-
dum terram incolatus tui: quam dedit Deus A-
braam.
* Et misit Isaac Jacob: & abiit in Mesopota- 5
miam, ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Re-
beccæ matris Jacob & Esau.
* Vidit autem Esau quòd benedixit Isaac Iacob, 6
& misit in Mesopotamiam Syriæ, accipere sibi vxo-
rem indè cùm benediceret ei: & præcepit ei, dicens:
Non accipies vxorem de filiabus Chananæorum.
* Et audiuit Jacob patrem & matrem suam: & 7
profectus est in Mesopotamiam.
* Et vidit Esau quòd malæ sunt filiæ Chanaan co- 8
ram Isaac patre suo.
* Et abiit Esau ad Ismael: & accepit Maeleth 9
filiam Ismael filij Abraam, sororem Nabeoth, ad v-
xores suas vxorem.
* Et egressus est Iacob de puteo iuramenti: & 10
abiit in Charran.
* Et occurrit loco: & dormiuit ibi. occiderat e- 11
nim sol. & tulit de lapidibus loci, & posuit ad caput
suum: & dormiuit in loco illo.
* Et somniauit. & ecce scala firmata in ter- 12
ra, cuius caput perueniebat in cælum: & angeli Dei
ascendebant & descendebant super eam.

43 * νῦν οὖν ὦ τέκνον ἄκουσόν μου τῆς φωνῆς, καὶ ἀναστὰς ἀ-
πόδραθι εἰς τὴν μεσοποταμίαν πρὸς λάβαν τὸν ἀδελφόν μου
44 εἰς χαῤῥάν· * καὶ οἴκησον μετ᾽ αὐτοῦ ἡμέρας τινὰς, ἕως τοῦ
45 ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν, * καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου
ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐπιλάθηται ἃ πεποίηκας αὐτῷ· καὶ ἀποστείλα-
σα μεταπέμψομαί σε ἐκεῖθεν, μήποτε ἀποτεκνωθῶ ἀπὸ
τῶν δύο ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ.
46 * εἶπε δὲ ῥεβέκκα πρὸς ἰσαὰκ, προσώχθικα τῇ ζωῇ μου
διὰ τὰς θυγατέρας τῶν υἱῶν χέτ. εἰ λήψομαι ἰακὼβ γυναῖ-
κα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῆς γῆς ταύτης, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν;

κη΄.

1 * Προσκαλεσάμενος δὲ ἰσαὰκ τὸν ἰακὼβ, εὐλόγησεν
αὐτόν. καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ, λέγων, οὐ λήψῃ γυναῖκα ἐκ τῶν
2 θυγατέρων τῶν χαναναίων· * ἀναστὰς ἀπόδραθι εἰς τὴν
μεσοποταμίαν, εἰς τὸν οἶκον βαθουὴλ πατρὸς τῆς μητρός σου·
καὶ λάβε σεαυτῷ γυναῖκα ἐκ τῶν θυγατέρων λάβαν τοῦ ἀ-
3 δελφοῦ τῆς μητρός σου: * ὁ δὲ θεός μου εὐλογήσαι σε τέ-
κνον, καὶ πληθύναι σε, καὶ ἔσῃ εἰς συναγωγὰς ἐθνῶν.
4 * καὶ δώσει σοι εὐλογίαν ἀβραὰμ τοῦ πατρός μου σοὶ, καὶ τῷ
σπέρματί σου μετὰ σὲ, κληρονομῆσαι τὴν γῆν τῆς παροική-
5 σεώς σου· ἣν ἔδωκεν ὁ θεὸς τῷ ἀβραάμ. * καὶ ἀπέστειλεν ἰσαὰκ
τὸν ἰακώβ· καὶ ἐπορεύθη εἰς τὴν μεσοποταμίαν, πρὸς λάβαν
υἱὸν βαθουὴλ τοῦ σύρου, ἀδελφὸν ῥεβέκκας τῆς μητρὸς ἰακὼβ καὶ
6 ἡσαύ. * εἶδε δὲ ἡσαὺ ὅτι εὐλόγησεν ἰσαὰκ τὸν ἰακὼβ, καὶ ἀπέ-
στειλεν εἰς τὴν μεσοποταμίαν τῆς συρίας, λαβεῖν ἑαυτῷ γυναῖ-
κα ἐκεῖθεν ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτόν. καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ, λέγων,
οὐ λήψῃ γυναῖκα ἐκ τῶν θυγατέρων τῶν χαναναίων.
7 * καὶ ἤκουσεν ἰακὼβ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ ἐπορεύθη
8 εἰς μεσοποταμίαν. * καὶ εἶδεν ἡσαὺ, ὅτι πονηραί εἰσιν αἱ θυγατέ-
9 ρες χαναὰν ἐναντίον ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· * καὶ ἐπορεύθη ἡσαὺ
πρὸς ἰσμαήλ· καὶ ἔλαβε τὴν μαελὲθ θυγατέρα ἰσμαὴλ
τοῦ υἱοῦ ἀβραάμ, ἀδελφὴν ναβεὼθ πρὸς ταῖς γυναιξὶν
10 αὐτοῦ γυναῖκα. * καὶ ἐξῆλθεν ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ φρέατος
11 τοῦ ὅρκου· καὶ ἐπορεύθη εἰς χαῤῥάν. * καὶ ἀπήντησε τό-
πῳ· καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ. ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος. καὶ ἔλαβεν ἀπὸ
τῶν λίθων τοῦ τόπου, καὶ ἔθηκεν πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ· καὶ ἐκοι-
12 μήθη ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. * καὶ ἐνυπνιάσθη. καὶ ἰδοὺ κλίμαξ ἐστη-
ριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ οἱ
ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον ἐπ᾽ αὐτήν.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

43 Et nunc, fili mi, acquiesce mihi: & surge, vade ad Laban fratrem meum in Aran: 44 Et habitabis apud eum dies paucos, donec quiescat ira fratris tui: 45 Donec reuertatur ira fratris tui à te: & obliuiscatur eius quod fecisti ei. Et mittam adducamque te indè: cur orbabor ambobus vobis die vna? 46 Et dixit Rebecca ad Isaac: Pœnitet me vitæ propter filias Heth. si acceperit Iacob vxorem de filiabus Heth similem istis de filiabus terræ, ad quid mihi est vita?

CAP. XXVIII.

VOcauitque Isaac Iacob, & benedixit ei: & præcepit ei, & dixit ei: Non accipies vxorem de filiabus Chanaan. 2 Surge, vade in Mesopotamiam Syriæ, in domum Bathuelis patris matris tuæ, & accipe tibi indè vxorem de filiabus Laban fratris matris tuæ. 3 Et Deus omnipotens benedicat tibi: & crescere te faciat & multiplicet te: & sis in turbas tribuum. 4 Et det tibi benedictionem Abrahæ, & filiis tuis tecum; vt possideas terram habitationis tuæ, quam dedit Deus Abrahæ. 5 Et dimisit Isaac Iacob, & abiit in Mesopotamiam Syriæ, ad Laban filium Bathuelis Syri, fratrem Rebeccæ matris Iacob & Esau. 6 Et vidit Esau quòd benedixit Isaac Iacob, & misit eum in Mesopotamiam Syriæ, vt acciperet indè sibi vxorem: & quòd quando benedixit ei, præcepisset ei, dicens: Non accipies vxorem de filiabus Chanaan. 7 Et quòd obedisset Iacob verbo patris & matris suæ, & iuisset in Mesopotamiam Syriæ. 8 Videns igitur Esau quòd displicuissent filiæ Chanaan in oculis Isaac patris sui: 9 Abiit quoque Esau ad Ismael, & accepit Maalath filiam Ismaelis, filij Abraham, sororem Nabaioth sibi in vxorem super vxores suas. 10 Et egressus est Iacob de Bersabee, & ibat in Aran. 11 Et venit ad quendam locum: & mansit ibi, quoniam occubuit sol: & tulit de lapidibus loci, & supposuit capiti suo: & cubuit in loco illo. 12 Et somniauit: & ecce scala erat defixa in terra, & caput illius pertingebat vsque ad cælum: & ecce angeli Domini ascendebant & descendebant per eam.

13 וְהִנֵּה יְהוָה נִצָּב עָלָיו וַיֹּאמַר אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵי
אַבְרָהָם אָבִיךָ וֵאלֹהֵי יִצְחָק הָאָרֶץ אֲשֶׁר אַתָּה שֹׁכֵב
14 עָלֶיהָ לְךָ אֶתְּנֶנָּה וּלְזַרְעֶךָ׃ וְהָיָה זַרְעֲךָ כַּעֲפַר
הָאָרֶץ וּפָרַצְתָּ יָמָּה וָקֵדְמָה וְצָפֹנָה וָנֶגְבָּה וְנִבְרְכוּ
15 בְךָ כָּל־מִשְׁפְּחֹת הָאֲדָמָה וּבְזַרְעֶךָ׃ וְהִנֵּה
אָנֹכִי עִמָּךְ וּשְׁמַרְתִּיךָ בְּכֹל אֲשֶׁר־תֵּלֵךְ וַהֲשִׁבֹתִיךָ אֶל־
הָאֲדָמָה הַזֹּאת כִּי לֹא אֶעֱזָבְךָ עַד אֲשֶׁר אִם־
16 עָשִׂיתִי אֵת אֲשֶׁר־דִּבַּרְתִּי לָךְ׃ וַיִּיקַץ יַעֲקֹב
מִשְּׁנָתוֹ וַיֹּאמֶר אָכֵן יֵשׁ יְהוָה בַּמָּקוֹם הַזֶּה וְאָנֹכִי לֹא
17 יָדָעְתִּי׃ וַיִּירָא וַיֹּאמַר מַה־נּוֹרָא הַמָּקוֹם הַזֶּה
אֵין זֶה כִּי אִם־בֵּית אֱלֹהִים וְזֶה שַׁעַר הַשָּׁמָיִם׃
18 וַיַּשְׁכֵּם יַעֲקֹב בַּבֹּקֶר וַיִּקַּח אֶת־הָאֶבֶן אֲשֶׁר־שָׂם
מְרַאֲשֹׁתָיו וַיָּשֶׂם אֹתָהּ מַצֵּבָה וַיִּצֹק שֶׁמֶן עַל־רֹאשָׁהּ׃
19 וַיִּקְרָא אֶת־שֵׁם־הַמָּקוֹם הַהוּא בֵּית־אֵל וְאוּלָם לוּז
20 שֵׁם־הָעִיר לָרִאשֹׁנָה׃ וַיִּדַּר יַעֲקֹב נֶדֶר לֵאמֹר אִם־
יִהְיֶה אֱלֹהִים עִמָּדִי וּשְׁמָרַנִי בַּדֶּרֶךְ הַזֶּה אֲשֶׁר
אָנֹכִי הוֹלֵךְ וְנָתַן־לִי לֶחֶם לֶאֱכֹל וּבֶגֶד לִלְבֹּשׁ׃
21 וְשַׁבְתִּי בְשָׁלוֹם אֶל־בֵּית אָבִי וְהָיָה
22 יְהוָה לִי לֵאלֹהִים׃ וְהָאֶבֶן הַזֹּאת אֲשֶׁר־שַׂמְתִּי
מַצֵּבָה יִהְיֶה בֵּית אֱלֹהִים וְכֹל אֲשֶׁר תִּתֶּן־לִי עַשֵּׂר
אֲעַשְּׂרֶנּוּ לָךְ׃

כט

1 וַיִּשָּׂא יַעֲקֹב רַגְלָיו וַיֵּלֶךְ אַרְצָה בְנֵי־קֶדֶם׃
2 וַיַּרְא וְהִנֵּה בְאֵר בַּשָּׂדֶה וְהִנֵּה־שָׁם שְׁלֹשָׁה עֶדְרֵי־
צֹאן רֹבְצִים עָלֶיהָ כִּי מִן־הַבְּאֵר הַהִוא יַשְׁקוּ הָעֲדָרִים
3 וְהָאֶבֶן גְּדֹלָה עַל־פִּי הַבְּאֵר׃ וְנֶאֶסְפוּ־שָׁמָּה
כָל־הָעֲדָרִים וְגָלְלוּ אֶת־הָאֶבֶן מֵעַל פִּי הַבְּאֵר
וְהִשְׁקוּ אֶת־הַצֹּאן וְהֵשִׁיבוּ אֶת־הָאֶבֶן עַל־פִּי הַבְּאֵר
4 לִמְקֹמָהּ׃ וַיֹּאמֶר לָהֶם יַעֲקֹב אַחַי מֵאַיִן אַתֶּם
5 וַיֹּאמְרוּ מֵחָרָן אֲנָחְנוּ׃ וַיֹּאמֶר לָהֶם הַיְדַעְתֶּם אֶת־
לָבָן בֶּן־נָחוֹר וַיֹּאמְרוּ יָדָעְנוּ׃

13 Et Dominum innixum scalæ, dicentem
sibi: Ego sum dominus Deus Abraam patris
tui, & Deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi
dabo & semini tuo.
14 Eritque semen tuum quasi puluis terræ.
Dilataberis ad Orientem & Occidentem, &
Septemtrionem & Meridiem: & benedicen-
tur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ.
15 Et ero custos tuus quocunque perrexeris:
& reducam te in terram hanc: nec dimittam,
nisi compleuero vniuersa quę dixi.
16 Cumque euigilasset Iacob de somno, ait:
D Verè Dominus est in loco isto, & ego nescie-
17 bam. Pauensque, Quàm terribilis est,
inquit, locus iste! Non est hic aliud, nisi do-
mus Dei, & porta cæli.
18 Surgens ergo Iacob manè, tulit lapidem
quem supposuerat capiti suo, & erexit in titu-
lum, fundens oleum desuper.
19 Appellauitque nomen vrbis, Bethel, quæ
priùs Luza vocabatur.
20 Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus Sap. 10.b
mecum, & custodierit me in via per quam ego Act. 7.12.b
ambulo, & dederit mihi panem ad vescendū, Inf. 13.b
& vestimentum ad induendum:
21 Reuersusque fuero prosperè ad domū pa-
tris mei, erit mihi Dominus in Deum.
22 Et lapis iste quem erexi in titulum, voca-
bitur Domus Dei: cunctorumq; quæ dederis
mihi, decimas offeram tibi.

CAP. XXIX.

1 Profectus ergo Iacob, venit in terram O-
A rientalem.
2 Et vidit puteum in agro, tres quoque gre-
ges ouium accubantes iuxta eum. nam ex illo
adaquabantur pecora: & os eius grandi lapi-
de claudebatur.
3 Mósque erat, vt cunctis ouibus congrega-
tis, deuoluerent lapidem: & refectis gregibus,
rursum super os putei ponerent.
4 Dixitque ad pastores: Fratres, vnde estis?
qui responderunt, De Aran.
5 Quos interrogans: Nunquid, ait, nostis
Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus.

תרגום אונקלוס

13 וְהָא יְקָרָא דַייָ מְעַתַּד עִלָוֹהִי וַאֲמַר אֲנָא יְיָ אֱלָהָא דְאַבְרָהָם אֲבוּךְ וֵאלָהֵיהּ דְיִצְחָק אַרְעָא דְאַתְּ שְׁכִיב עֲלַהּ לָךְ אֶתְּנִנַהּ וְלִבְנָךְ׃
14 וִיהוֹן בְּנָךְ סַגִּיאִין כְּעַפְרָא דְאַרְעָא וְתִתְקַף לְמַעְרְבָא וּלְמַדִינְחָא וְלִצְפוּנָא וּלְדָרוֹמָא וְיִתְבָּרְכוּן בְּדִילָךְ כָּל זַרְעֲיָת אַרְעָא וּבְדִיל בְּנָךְ׃ 15 וְהָא
מֵימְרִי בְּסַעְדָּךְ וְאֶטְּרִינָךְ בְּכֹל אֲתַר דִּתְהָךְ וְאֲתֵיבִינָךְ לְאַרְעָא הָדָא אֲרֵי לָא אֶשְׁבְּקִינָךְ עַד דְּאֶעְבֵּד יָת דְּמַלֵּלִית לָךְ׃ 16 וְאִתְּעַר יַעֲקֹב מִשִּׁנְתֵיהּ
וַאֲמַר בְּרַם בְּקֻשְׁטָא יְקָרָא דַייָ שָׁרֵי בְּאַתְרָא הָדֵין וַאֲנָא לָא הֲוֵיתִי יָדַע׃ 17 וּדְחֵיל וַאֲמַר מָה דְּחִילוּ אַתְרָא הָדֵין לֵית דֵּין אֲתַר הֶדְיוֹט אֱלָהֵין
אֲתַר דְּרַעֲוָא בֵיהּ מִן קֳדָם יְיָ וְדֵין תְּרַע קֳבֵיל שְׁמַיָּא׃ 18 וְאַקְדֵּים יַעֲקֹב בְּצַפְרָא וּנְסֵב יָת אַבְנָא דְשַׁוִּי אִיסָדוֹהִי וְשַׁוִּי יָתַהּ קָמָא וַאֲרִיק
מִשְׁחָא עַל רֵישַׁהּ׃ 19 וּקְרָא יָת שְׁמָא דְאַתְרָא הַהוּא בֵּית־אֵל וּבְרַם לוּז שְׁמָא דְקַרְתָּא בְּקַדְמֵיתָא׃ 20 וְקַיֵּים יַעֲקֹב קְיָם לְמֵימַר
אִם יְהֵא מֵימְרָא דַייָ בְּסַעְדִּי וְיִטְּרִינַנִי בְּאוֹרְחָא הָדֵין דַּאֲנָא אָזֵיל וְיִתֵּן לִי לַחְמָא לְמֵיכַל וּכְסוּ לְמִלְבַּשׁ׃ 21 וְאֵתוּב בִּשְׁלָם לְבֵית אַבָּא
וִיהֵא מֵימְרָא דַייָ לִי לֶאֱלָהָא׃ 22 וְאַבְנָא הָדָא דְשַׁוֵּיתִי קָמָא תְּהֵא דִּתְהֵי פָּלַח עֲלַהּ קֳדָם יְיָ וְכֹל דְּתִתֵּן לִי חַד מִן עַשְׂרָה אַפְרֵישִׁנֵּהּ
קֳדָמָךְ׃

כט

1 וּנְטַל יַעֲקֹב רַגְלוֹהִי וַאֲזַל לַאֲרַע
בְּנֵי מַדִינְחָא׃ 2 וַחֲזָא וְהָא בֵירָא בְּחַקְלָא וְהָא תַמָּן תְּלָתָא עֶדְרִין דְּעָן רְבִיעִין עֲלַהּ אֲרֵי מִן בֵּירָא הַהוּא מַשְׁקַן עֶדְרַיָּא וְאַבְנָא רַבְּתָא
עַל פּוּמָא דְבֵירָא׃ 3 וּמִתְכַּנְשִׁין תַּמָּן כָּל עֶדְרַיָּא וּמְגַנְדְּרִין יָת אַבְנָא מֵעַל פּוּמָא דְבֵירָא וּמַשְׁקַן יָת עָנָא וּמְתִיבִין יָת אַבְנָא עַל פּוּמָא דְבֵירָא
לְאַתְרַהּ׃ 4 וַאֲמַר לְהוֹן יַעֲקֹב אַחַי מְנָן אַתּוּן וַאֲמַרוּ מֵחָרָן אֲנַחְנָא׃ 5 וַאֲמַר לְהוֹן הַיְדַעְתּוּן יָת לָבָן בַּר נָחוֹר וַאֲמַרוּ יְדַעְנָא׃

* At Dominus firmatus erat super eam. & di- 13
xit: Ego Deus patris tui Abraam, et Deus Isaac.
ne timeas: terra in qua tu dormis super eã, tibi da-
bo eam, & semini tuo.
* Et erit semen tuum sicut arena terræ: & di- 14
latabitur ad mare, & Austrum, & ad Aquilonẽ,
& ad Orientem. & benedicentur in te omnes tri-
bus terræ, & in semine tuo.
* Et ecce ego tecum, custodiens te in terra omni 15
quocunque perrexeris. et reducam te in terrã hanc:
quia nõ te derelinquã, donec faciam ego omnia quæ-
cunque locutus sum tibi.
* Et surrexit Iacob de somno suo, et dixit: Quia 16
est Dominus in loco isto; ego autem non sciebam.
* Et timuit: & dixit: Quàm terribilis locus 17
iste! non est hoc nisi domus Dei, & hæc porta cæli.
* Et surrexit Iacob manè, & tulit lapidem, quẽ 18
supposuit illic ad caput suum: & statuit eum titu-
lum, & effudit oleum super summitatem eius.
* Et vocauit nomen loci illius, Domus Dei. & 19
Lammaus erat nomen ciuitati prius.
* Et vouit Iacob votum, dicens: Si fuerit Domi- 20
nus Deus mecũ, & custodierit me in via hac qua
ego ambulabo; & dederit mihi panẽ ad comedendũ,
& vestimentum ad induendum:
* Et reuersus fuero cum salute in domum patris 21
mei; & erit mihi Dominus in Deum: * Et lapis 22
iste quem statui titulum, erit mihi domus Dei. et o-
mnium quæ mihi dederis, decima decimabo ea tibi.

CAP. XXIX.

ET eleuans Iacob pedes, abiit in terram Orientis, 1
ad Laban ex Bathuel Syro, fratrem Rebeccæ,
matris Iacob & Esau. * Et videt: & ecce 2
puteus in agro. erant autem illic tres greges ouium,
requiescentes in eo. ex enim puteo illo adaquabant
pecora. lapis autem erat magnus super os putei.
* Et congregabantur illic omnia pecora & pa- 3
stores, & reuoluebant lapidem ab ore putei: & ad-
aquabant oues, & rursus reponebant lapidem su-
per os putei in locum suum.
* Dixit autem illis Iacob: Fratres, vnde estis 4
vos? illi autem dixerunt: Ex Charran.
* Ait autem illis: Nunquid cognoscitis Laban 5
filium Nachor? illi autem dixerunt: Cognoscimus.

13 * ὁ δὲ κύριος ἐπεστήρικτο ἐπ' αὐτῆς. καὶ εἶπεν, ἐγὼ ὁ θεὸς τοῦ
πατρός σου ἀβραάμ, καὶ ὁ θεὸς ἰσαάκ. μὴ φοβοῦ. ἡ γῆ ἐφ'
ἧς σὺ καθεύδεις ἐπ' αὐτῆς, σοὶ δώσω αὐτήν, καὶ τῷ σπέρματί
14 σου. * καὶ ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς ἡ ἄμμος τῆς γῆς. καὶ πλα-
τυνθήσεται ἐπὶ θάλασσαν, καὶ λίβα, καὶ ἐπὶ βορρᾶν, καὶ ἐπὶ
ἀνατολάς. καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς
15 γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. * καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ δια-
φυλάσσων σε ἐν τῇ γῇ πάσῃ, οὗ ἐὰν πορευθῇς. καὶ ἀποστρέψω
σε εἰς τὴν γῆν ταύτην· ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλείπω, ἕως τοῦ ποιῆ-
σαί με πάντα ὅσα ἐλάλησά σοι.
16 * καὶ ἐξηγέρθη ἰακὼβ ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ. καὶ εἶπεν, ὅτι ἔ-
17 στι κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν. * καὶ ἐφο-
βήθη. καὶ εἶπεν, ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος· οὐκ ἔστι τοῦτο ἀλλ'
ἢ οἶκος θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ.
18 * καὶ ἀνέστη ἰακὼβ τὸ πρωΐ, καὶ ἔλαβε τὸν λίθον, ὃν ὑπέθηκεν
ἐκεῖ πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ. καὶ ἔστησεν αὐτὸν στήλην, καὶ ἐπέ-
19 χεεν ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς. * καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνο-
μα τοῦ τόπου ἐκείνου, οἶκος θεοῦ. καὶ λαμμαοὺς ἦν ὄνομα τῇ
20 πόλει τὸ πρότερον. * καὶ ηὔξατο ἰακὼβ εὐχήν, λέγων,
ἐὰν ᾖ κύριος ὁ θεὸς μετ' ἐμοῦ, καὶ φυλάξῃ με ἐν τῇ ὁδῷ ταύ-
τῃ, ᾗ ἐγὼ πορεύομαι, καὶ δῷ μοι ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμά-
21 τιον περιβαλέσθαι· * καὶ ἀποστρέψομαι μετὰ σωτηρίας εἰς
τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, καὶ ἔσται μοι κύριος εἰς θεόν·
22 * καὶ ὁ λίθος οὗτος ὃν ἔστησα στήλην, ἔσται μοι οἶκος θεοῦ. καὶ πάν-
των ὧν ἐάν μοι δῷς, δεκάτην ἀποδεκατώσω αὐτά σοι.

κθ'.

1 * Καὶ ἐξάρας ἰακὼβ τοὺς πόδας, ἐπορεύθη εἰς γῆν ἀνα-
τολῶν, πρὸς λάβαν τὸν ἐκ βαθουὴλ τοῦ σύρου, ἀδελφὸν ῥεβέκ-
2 κας μητρὸς ἰακὼβ καὶ ἡσαῦ. * καὶ ὁρᾷ· καὶ ἰδοὺ φρέαρ ἐν
τῷ πεδίῳ. ἦσαν δὲ ἐκεῖ τρία ποίμνια προβάτων ἀναπαυό-
μενα ἐπ' αὐτοῦ. ἐκ γὰρ τοῦ φρέατος ἐκείνου ἐπότιζον τὰ ποί-
3 μνια· λίθος δὲ ἦν μέγας ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ φρέατος. * καὶ
συνήγοντο ἐκεῖ πάντα τὰ ποίμνια καὶ οἱ ποιμένες· καὶ ἀπεκύ-
λιον τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ φρέατος, καὶ ἐπότιζον τὰ πρό-
βατα, καὶ πάλιν ἀποκαθίστων τὸν λίθον ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ φρέα-
4 τος εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. * εἶπε δὲ αὐτοῖς ἰακώβ, ἀδελφοὶ πό-
θεν ἐστὲ ὑμεῖς; οἱ δὲ εἶπαν, ἐκ χαρράν.
5 * εἶπε δὲ αὐτοῖς, μὴ γινώσκετε λάβαν τὸν υἱὸν ναχώρ; οἱ δὲ
εἶπαν, γινώσκομεν.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

13 Et ecce gloria Domini stabat super eam: & ait, Ego dominus Deus Abrahæ patris tui, & Deus Isaac: terram super qua tu cubas, tibi dabo
eam, & filiis tuis. 14 Et erunt filij tui multi, quasi puluis terræ: & præualebis ad Occidentem, & ad Orientem, & ad Aquilonem, & ad Au-
strum: & benedicentur propter te omnes cognationes terræ, & propter filios tuos. 15 Et ecce verbum meum in adiutorium tuum erit: &
custodiam te in omni loco quò ibis: & reducam te ad terram hanc: quoniam non derelinquam te, donec faciam quod locutus sum tibi.
16 Euigilauitque Iacob de somno suo, & ait: Vtique in veritate gloria Domini habitat in loco isto: & ego nesciebam. 17 Et timuit: &
ait: Quàm terribilis est locus iste! non est locus communis, sed locus in quo beneplacitum est coram Deo: & è regione loci huius est porta cæli.
18 Et surrexit Iacob manè, & tulit lapidem quem supposuerat capiti suo: & statuit eum in titulum: & effudit oleum super caput eius.
19 Et vocauit nomen loci illius, Bethel: nomen autem ciuitatis Luz priùs vocabatur. 20 Et vouit Iacob votum, dicens: Si fuerit ver-
bum Dei in adiutorium meum, & custodierit me in via hac in qua ego ambulo; & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induen-
dum: 21 Et reuersus fuero in pace in domum patris mei: & erit mihi verbum Domini in Deum: 22 Et lapis iste, quem posui in ti-
tulum, erit super quem seruiam coram Domino. & omnium quæ dederis mihi, vnum ex decem separabo coram te.

CAP. XXIX.

ET leuauit Iacob pedes suos, & abiit in terram filiorum Orientis. 2 Et vidit: & ecce puteus in agro, & ecce ibi tres greges ouium accubantes
iuxta eum: quia de puteo illo adaquabantur greges: & lapis grandis erat super os putei. 3 Et congregabantur ibi omnes greges: & deuol-
uebant lapidem ab ore putei, & adaquabant oues; & reducebant lapidem super os putei in locum suum. 4 Dixitque eis Iacob: Fratres mei, vn-
de estis? & dixerunt: De Aran nos sumus. 5 Et dixit eis: Nunquid nostis Laban filium Nachor? & dixerunt: Nouimus.

6 * וַיֹּאמֶר לָהֶם הֲשָׁלוֹם לוֹ וַיֹּאמְרוּ שָׁלוֹם וְהִנֵּה
7 רָחֵל בִּתּוֹ בָּאָה עִם־הַצֹּאן׃ * וַיֹּאמֶר הֵן עוֹד הַיּוֹם
גָּדוֹל לֹא־עֵת הֵאָסֵף הַמִּקְנֶה הַשְׁקוּ הַצֹּאן וּלְכוּ רְעוּ׃
8 * וַיֹּאמְרוּ לֹא נוּכַל עַד אֲשֶׁר יֵאָסְפוּ כָּל־הָעֲדָרִים
וְגָלְלוּ אֶת־הָאֶבֶן מֵעַל פִּי הַבְּאֵר וְהִשְׁקִינוּ הַצֹּאן׃
9 * עוֹדֶנּוּ מְדַבֵּר עִמָּם וְרָחֵל בָּאָה עִם־הַצֹּאן
10 אֲשֶׁר לְאָבִיהָ כִּי רֹעָה הִוא׃ * וַיְהִי כַּאֲשֶׁר רָאָה
יַעֲקֹב אֶת־רָחֵל בַּת־לָבָן אֲחִי אִמּוֹ וְאֶת־צֹאן לָבָן
אֲחִי אִמּוֹ וַיִּגַּשׁ יַעֲקֹב וַיָּגֶל אֶת־הָאֶבֶן מֵעַל פִּי הַבְּאֵר
11 וַיַּשְׁקְ אֶת־צֹאן לָבָן אֲחִי אִמּוֹ׃ * וַיִּשַּׁק יַעֲקֹב לְרָחֵל
12 וַיִּשָּׂא אֶת־קֹלוֹ וַיֵּבְךְּ׃ * וַיַּגֵּד יַעֲקֹב לְרָחֵל כִּי אֲחִי
אָבִיהָ הוּא וְכִי בֶן־רִבְקָה הוּא וַתָּרָץ וַתַּגֵּד לְאָבִיהָ׃
13 * וַיְהִי כִשְׁמֹעַ לָבָן אֶת־שֵׁמַע יַעֲקֹב בֶּן־אֲחֹתוֹ וַיָּרָץ
לִקְרָאתוֹ וַיְחַבֶּק־לוֹ וַיְנַשֶּׁק־לוֹ וַיְבִיאֵהוּ אֶל־בֵּיתוֹ
וַיְסַפֵּר לְלָבָן אֵת כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה׃
14 * וַיֹּאמֶר לוֹ לָבָן אַךְ עַצְמִי וּבְשָׂרִי אָתָּה וַיֵּשֶׁב עִמּוֹ
15 חֹדֶשׁ יָמִים׃ * וַיֹּאמֶר לָבָן לְיַעֲקֹב הֲכִי־אָחִי אַתָּה
וַעֲבַדְתַּנִי חִנָּם הַגִּידָה לִּי מַה־מַּשְׂכֻּרְתֶּךָ׃
16 * וּלְלָבָן שְׁתֵּי בָנוֹת שֵׁם הַגְּדֹלָה לֵאָה וְשֵׁם הַקְּטַנָּה
17 רָחֵל׃ * וְעֵינֵי לֵאָה רַכּוֹת וְרָחֵל הָיְתָה יְפַת־תֹּאַר
18 וִיפַת מַרְאֶה׃ * וַיֶּאֱהַב יַעֲקֹב אֶת־רָחֵל וַיֹּאמֶר אֶעֱבָדְךָ
19 שֶׁבַע שָׁנִים בְּרָחֵל בִּתְּךָ הַקְּטַנָּה׃ * וַיֹּאמֶר לָבָן טוֹב
תִּתִּי אֹתָהּ לָךְ מִתִּתִּי אֹתָהּ לְאִישׁ אַחֵר שְׁבָה עִמָּדִי׃
20 * וַיַּעֲבֹד יַעֲקֹב בְּרָחֵל שֶׁבַע שָׁנִים וַיִּהְיוּ בְעֵינָיו כְּיָמִים
21 אֲחָדִים בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ׃ * וַיֹּאמֶר יַעֲקֹב אֶל־לָבָן
הָבָה אֶת־אִשְׁתִּי כִּי מָלְאוּ יָמָי וְאָבוֹאָה אֵלֶיהָ׃
22 * וַיֶּאֱסֹף לָבָן אֶת־כָּל־אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם וַיַּעַשׂ מִשְׁתֶּה׃
23 * וַיְהִי בָעֶרֶב וַיִּקַּח אֶת־לֵאָה בִתּוֹ וַיָּבֵא אֹתָהּ אֵלָיו
24 וַיָּבֹא אֵלֶיהָ׃ * וַיִּתֵּן לָבָן לָהּ אֶת־זִלְפָּה שִׁפְחָתוֹ
לְלֵאָה בִתּוֹ שִׁפְחָה׃

6 * Sanúsne est, inquit? Valet, inquiunt. &
B ecce Rachel filia eius venit cum grege suo.
7 * Dixitque Iacob: Adhuc multum diei superest: nec est tempus vt reducantur ad caulas greges. date ante potum ouibus; & sic eas ad pastum reducite.
8 * Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur: & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus gre-
9 ges. * Adhuc loquebantur, & ecce Rachel
C veniebat cum ouibus patris sui. nam gregem ipsa pascebat.
10 * Quam cùm vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouesque Laban auunculi sui, amouit lapidẽ quo puteus claudebatur. & ad-
11 aquato grege, * Osculatus est eam. Et ele-
12 uata voce, fleuit: * Et indicauit ei quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ. At illa fe-
13 stinans, nunciauit patri suo. * Qui cùm audisset venisse Iacob filium sororis suæ, occur-
D rit obuiam ei: complexusque eum & in oscula ruẽs, duxit in domum suam. Auditis autem
14 causis itineris, * Respondit: Os meum es & caro mea. Et postquam impleti sunt dies
15 mensis vnius, * Dixit ei: Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? Dic quid merce-
16 dis accipias. * Habebat verò duas filias: nomen maioris Lia, minor verò appellabatur Ra
17 chel. * Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu.
18 * Quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis.
19 * Respondit Laban: Melius est vt tibi eam dem, quàm alteri viro. mane apud me.
20 * Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris
21 magnitudine. * Dixitque ad Laban: Da mi-
E hi vxorem meam; quia iam tempus impletum
22 est, vt ingrediar ad illam. * Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nu-
23 ptias. * Et vesperè Liam filiam suam in-
24 troduxit ad eum: * Dans ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cùm ex more Iacob fuisset ingressus:

תרגום אונקלוס

6 ואמר להון השלם לה ואמרו שלם והא רחל ברתיה אתיא עם ענא׃ 7 ואמר הא עוד יומא רבא לא עידן למכנש
בעירא אשקו ענא ואזילו רעו׃ 8 ואמרו לא נכול עד דיתכנשון כל עדריא ויגנדרון ית אבנא מעל פומא דבירא ונשקי ית
ענא׃ 9 עד דהוא ממליל עמהון ורחל אתת עם ענא די לאבוהא ארי רעיתא היא׃ 10 והוה כד חזא יעקב ית רחל בת
לבן אחוהא דאמיה וית ענא דלבן אחוהא דאמיה וקריב יעקב וגנדר ית אבנא מעל פומא דבירא ואשקי ית ענא דלבן אחוהא דאמיה׃
11 ונשיק יעקב לרחל וארים ית קליה ובכא׃ 12 וחוי יעקב לרחל ארי בר אחת אבוהא הוא וארי בר רבקה הוא ורהטת וחויאת
לאבוהא׃ 13 והוה כד שמע לבן ית שמע יעקב בר אחתיה ורהט לקדמותיה וגפיף לה ונשיק לה ואעליה לביתיה ואשתעי
ללבן ית כל פתגמיא האלין׃ 14 ואמר לה לבן ברם קריבי ובשרי את ויתב עמיה ירח יומין׃ 15 ואמר לבן ליעקב המדאחי את
ותפלחינני מגן חוי לי מה אגרך׃ 16 וללבן תרתין בנן שום רבתא לאה ושום זעירתא רחל 17 ועיני לאה יאין ורחל הות שפירא
בריוא ויאיה בחזוא׃ 18 ורחם יעקב ית רחל ואמר אפלחינך שבע שנין ברחל ברתך זעירתא׃ 19 ואמר לבן טב דאתן יתה לך
מדאתן יתה לגבר אחרן תיב עמי׃ 20 ופלח יעקב ברחל שבע שנין והוו בעינוהי כיומין זעירין בדרחים יתה׃ 21 ואמר יעקב ללבן
הב ית אתתי ארי שלימו יומי פלחני ואעול לותה׃ 22 וכנש לבן ית כל אנשי אתרא ועבד משתיא׃ 23 והוה ברמשא ודבר ית לאה
ברתה ואעל יתה לותיה ועאל לותה׃ 24 ויהב לבן לה ית זלפה אמתיה ללאה ברתיה לאמהו׃

* *Ait autem illis: Sanus est? illi autem dixerunt,* 6
Sanus est. & ecce Rachel filia eius venit cum oui-
bus patris sui. * *Et dixit eis Iacob: Adhuc est* 7
dies multa nondũ vt congregentur greges. adaquã-
tes oues, abeuntes pascite. * *Illi autem dixe-* 8
runt: Non possumus, donec congregentur omnes pa-
stores, & reuoluant lapidem à puteo, & adaquemus
oues. * *Adhuc eo loquente illis, & ecce Rachel* 9
filia Laban veniebat cum ouibus patris sui. hæc e-
nim pascebat oues patris sui.
* *Factum est autem vt vidit Iacob Rachel fi-* 10
liam Laban fratris matris suæ, & oues Laban fra-
tris matris suæ: et accedens Iacob, reuoluit lapidem
ab ore putei: & adaquauit oues Laban fratris ma-
tris suæ. * *Et osculatus est Iacob Rachel: et clamãs* 11
voce sua, fleuit. * *Et indicauit Rachel, quòd fra-* 12
ter patris sui est & quòd filius Rebeccæ est. et cur-
rens, nunciauit patri suo, secundùm verba hæc. * *Fa-* 13
ctum est autem vt audiuit Laban nomen Iacob filij
sororis suæ, cucurrit in occursum eius. & complexus
eum, osculatus est: & induxit illum in domum suã:
& narrauit Laban omnia verba eius. * *Et dixit* 14
ei Laban: Ex ossibus meis & ex carne mea es tu. et
fuit cum eo mensem dierum. * *Dixit autem Laban* 15
Iacob: Quia enim frater meus es, non seruies mihi
gratis? nuncia mihi, quid tua merces est. * *At Laban* 16
duæ filiæ erant: nomen maiori Lia, & nomen secun-
dæ Rachel. * *At oculi Liæ infirmi: Rachel* 17
ET audiuit verba filiorum Laban, qui dicebant: Tulit Iacob vniuersa quę erant patris nostri: & de his quæ erant patris nostri, acquisiuit omnē substantiam istam. 2 Et vidit Iacob aspectum vultus Laban: & ecce non erat cum eo, sicut heri & nudiustertius. 3 Et dixit Deus ad Iacob: Reuertere in terram patrum tuorum & natiuitatis tuæ: & erit verbum meū in adiutorium tuum. 4 Et misit Iacob, & vocauit Rachel & Liam in agrū vbi erant oues suæ. 5 Et dixit eis: Video ego aspectum vultus patris vestri, quòd non est mecum sicut heri & nudiustertius. & verbum Dei patris mei fuit in adiutorium meum. 6 Et vos scitis quòd omni virtute mea seruiui patri vestro. 7 Pater autem vester mentitus est mihi; & mutauit mercedem meam decem vicibus: & non dimisit eum Deus vt noceret mihi. 8 Si sic dicebat, Varia erunt pro mercede tua; pariebant omnes oues varia. & si sic dicebat, Maculosa erunt pro mercede tua; pariebant omnes oues maculosa 9 Et separauit Dominus de pecoribus patris vestri, & dedit mihi. 10 Et factum est in tempore quo oues calefiebant, leuaui oculos meos, & vidi in somnio: & ecce arietes qui ascendebant super oues, erant varij, & maculosi & respersi. 11 Et dixit mihi angelus Dei in somnio: Iacob. & dixi: Ecce ego. 12 Et ait: Leua nunc oculos tuos, & vide omnes arietes qui ascendunt super oues, maculosos, varios atque respersos: quoniam manifestum est coram me omne quod facit tibi Laban. 13 Ego sum Deus qui apparui tibi in Bethel, vbi vnxisti titulum, vbi vouisti coram me votum. nunc surge, egredere de terra hac, & reuertere in terram natiuitatis tuæ. 14 Et responderunt Rachel & Lia, atque dixerunt ei. Nunquid adhuc est nobis pars & hæreditas in domo patris nostri? 15 Nónne extraneæ reputatæ sumus ei, quia vendidit nos, & comedit quoque argentum nostrum?

16 כִּי כָל־הָעֹשֶׁר אֲשֶׁר הִצִּיל אֱלֹהִים מֵאָבִינוּ לָנוּ
הוּא וּלְבָנֵינוּ וְעַתָּה כֹּל אֲשֶׁר אָמַר אֱלֹהִים אֵלֶיךָ
17 עֲשֵׂה׃ וַיָּקָם יַעֲקֹב וַיִּשָּׂא אֶת־בָּנָיו וְאֶת־
18 נָשָׁיו עַל־הַגְּמַלִּים׃ וַיִּנְהַג אֶת־כָּל־מִקְנֵהוּ
וְאֶת־כָּל־רְכֻשׁוֹ אֲשֶׁר רָכָשׁ מִקְנֵה קִנְיָנוֹ אֲשֶׁר רָכַשׁ
בְּפַדַּן אֲרָם לָבוֹא אֶל־יִצְחָק אָבִיו אַרְצָה כְּנָעַן׃
19 וְלָבָן הָלַךְ לִגְזֹז אֶת־צֹאנוֹ וַתִּגְנֹב רָחֵל אֶת־
20 הַתְּרָפִים אֲשֶׁר לְאָבִיהָ׃ וַיִּגְנֹב יַעֲקֹב אֶת־לֵב לָבָן
21 הָאֲרַמִּי עַל־בְּלִי הִגִּיד לוֹ כִּי בֹרֵחַ הוּא׃ וַיִּבְרַח הוּא
וְכָל־אֲשֶׁר־לוֹ וַיָּקָם וַיַּעֲבֹר אֶת־הַנָּהָר וַיָּשֶׂם אֶת־פָּנָיו
22 הַר הַגִּלְעָד׃ וַיֻּגַּד לְלָבָן בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי כִּי בָרַח
23 יַעֲקֹב׃ וַיִּקַּח אֶת־אֶחָיו עִמּוֹ וַיִּרְדֹּף אַחֲרָיו דֶּרֶךְ
24 שִׁבְעַת יָמִים וַיַּדְבֵּק אֹתוֹ בְּהַר הַגִּלְעָד׃ וַיָּבֹא
אֱלֹהִים אֶל־לָבָן הָאֲרַמִּי בַּחֲלֹם הַלָּיְלָה וַיֹּאמֶר לוֹ
הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן־תְּדַבֵּר עִם־יַעֲקֹב מִטּוֹב עַד־רָע׃
25 וַיַּשֵּׂג לָבָן אֶת־יַעֲקֹב וְיַעֲקֹב תָּקַע אֶת־אָהֳלוֹ בָּהָר
26 וְלָבָן תָּקַע אֶת־אֶחָיו בְּהַר הַגִּלְעָד׃ וַיֹּאמֶר לָבָן
לְיַעֲקֹב מֶה עָשִׂיתָ וַתִּגְנֹב אֶת־לְבָבִי וַתְּנַהֵג אֶת־
27 בְּנֹתַי כִּשְׁבֻיוֹת חָרֶב׃ לָמָּה נַחְבֵּאתָ לִבְרֹחַ
וַתִּגְנֹב אֹתִי וְלֹא־הִגַּדְתָּ לִּי וָאֲשַׁלֵּחֲךָ בְּשִׂמְחָה
28 וּבְשִׁרִים בְּתֹף וּבְכִנּוֹר׃ וְלֹא נְטַשְׁתַּנִי לְנַשֵּׁק לְבָנַי
29 וְלִבְנֹתָי עַתָּה הִסְכַּלְתָּ עֲשׂוֹ׃ יֶשׁ־לְאֵל יָדִי
לַעֲשׂוֹת עִמָּכֶם רָע וֵאלֹהֵי אֲבִיכֶם אֶמֶשׁ אָמַר אֵלַי
לֵאמֹר הִשָּׁמֶר לְךָ מִדַּבֵּר עִם־יַעֲקֹב מִטּוֹב עַד־רָע׃
30 וְעַתָּה הָלֹךְ הָלַכְתָּ כִּי־נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה לְבֵית אָבִיךָ
31 לָמָּה גָנַבְתָּ אֶת־אֱלֹהָי׃ וַיַּעַן יַעֲקֹב וַיֹּאמֶר לְלָבָן
כִּי יָרֵאתִי כִּי אָמַרְתִּי פֶּן־תִּגְזֹל אֶת־בְּנוֹתֶיךָ מֵעִמִּי׃
32 עִם אֲשֶׁר תִּמְצָא אֶת־אֱלֹהֶיךָ לֹא יִחְיֶה נֶגֶד אַחֵינוּ
הַכֶּר־לְךָ מָה עִמָּדִי וְקַח־לָךְ וְלֹא־יָדַע יַעֲקֹב כִּי רָחֵל
גְּנָבָתַם׃

16 * Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas
tradidit nobis ac filiis nostris . vnde omnia
quæ præcepit tibi Deus, fac.
17 * Surrexit autem Iacob, & impositis libe-
ris ac coniugibus suis super camelos, abiit.
18 * Tulitque omnem substantiam suam, & gre
ges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat,
pergens ad Isaac patrem suum in terram Cha
19 naan. * Eo tempore ierat Laban ad ton-
dendas oues: & Rachel furata est idola patris
20 sui. * Noluitque Iacob confiteri socero
suo quòd fugeret.
21 * Cumque abisset tam ipse, quàm omnia
quæ iuris sui erant, & amne transmisso perge-
22 ret contra montem Galaad; * Nunciatum
D est Laban die tertio, quòd fugeret Iacob.
23 * Qui assumptis fratribus suis, persecutus
est eum diebus septem; & comprehendit eum
24 in monte Galaad. * Viditque in somnis
dicentem sibi Dominum: Caue ne quicquam
asperè loquaris contra Iacob.
25 * Iámque Iacob extenderat in monte taber-
naculum. Cumque ille consecutus fuisset eum
cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fi-
26 xit tentorium. * Et dixit ad Iacob: Quare
ita egisti, vt clam me abigeres filias meas qua-
27 si captiuas gladio? * Cur ignorante me fu-
gere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequе-
rer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, &
28 citharis? * Non es passus vt oscularer filios
29 meos & filias. stultè operatus es. * Et nūc qui-
dem valet manus mea reddere tibi malum; sed 1.Reg. 13.c. 2.Par.16 c.
Deus patris tui heri dixit mihi: Caue ne lo-
quaris contra Iacob quicquam durius.
30 * Esto: Ad tuos ire cupiebas, & desiderio
erat tibi domus patris tui. Cur furatus es deos
meos?
31 * Respondit Iacob: Quòd inscio te profe-
E ctus sum, timui ne violenter auferres filias
32 tuas. * Quod autem furti me arguis; apud
quemcunq; inueneris deos tuos, necetur co-
ram fratribus nostris. Scrutare; quicquid tuo-
rum apud me inueneris, aufer. hæc dicens,
ignorabat quòd Rachel furata esset idola.

תרגום אונקלוס

16 אֲרֵי כָל עֻתְרָא דְאַפְרֵשׁ יְיָ מֵאֲבוּנָא דִילַנָא הוּא וְלִבְנָנָא וּכְעַן כָּל דַאֲמַר יְיָ לָךְ עֲבֵיד׃ 17 וְקָם יַעֲקֹב וּנְטַל יָת בְּנוֹהִי וְיָת נְשׁוֹהִי
עַל גַּמְלַיָא׃ 18 וּדְבַר יָת כָּל גֵּיתוֹהִי וְיָת כָּל קִנְיָנֵיהּ דִיקְנָא גֵּיתֵי קִנְיָנֵיהּ דִיקְנָא בְּפַדַּן אֲרָם לְמֵיתֵי לְוָת יִצְחָק אֲבוּהִי לְאַרְעָא
דִכְנָעַן׃ 19 וְלָבָן אֲזַל לְמִגַז יָת עָנֵיהּ וּנְסֵיבַת רָחֵל יָת צַלְמָנַיָא דִי לַאֲבוּהָא׃ 20 וּכְסֵי יַעֲקֹב מִן לָבָן אֲרַמָּאָה עַל דְּלָא חַוִּי
לֵיהּ אֲרֵי אָזֵל הוּא׃ 21 וַאֲזַל הוּא וְכָל דִּילֵיהּ וְקָם וַעֲבַר יָת פְּרָת וְשַׁוִּי יָת אַפּוֹהִי לְטוּרָא דְגִלְעָד׃ 22 וְאִתְחֲוָאָה לְלָבָן בְּיוֹמָא תְלִיתָאָה
אֲרֵי אֲזַל יַעֲקֹב׃ 23 וּדְבַר יָת אֲחוֹהִי עִמֵּיהּ וּרְדַף בַּתְרוֹהִי מַהֲלַךְ שִׁבְעָה יוֹמִין וְאַדְבֵּק יָתֵיהּ בְּטוּרָא דְגִלְעָד׃ 24 וַאֲתָא מֵימַר מִן קֳדָם יְיָ
לְוָת לָבָן אֲרַמָּאָה בְּחֶלְמָא דְלֵילְיָא וַאֲמַר לֵיהּ אִסְתַּמַּר לָךְ דִּילְמָא תְמַלֵּיל עִם יַעֲקֹב מִטַּב עַד בִּישׁ׃ 25 וְאַדְבֵּק לָבָן יָת יַעֲקֹב וְיַעֲקֹב פְּרַס
יָת מַשְׁכְּנֵיהּ בְּטוּרָא וְלָבָן אַשְׁרֵי יָת אֲחוֹהִי בְּטוּרָא דְגִלְעָד׃ 26 וַאֲמַר לָבָן לְיַעֲקֹב מָה עֲבַדְתְּ וּכְסֵיתָא מִנִּי וּדְבַרְתָּ יָת בְּנָתַי כִּשְׁבְיַת
חַרְבָּא׃ 27 לְמָה אִיטַּמַּרְתְּ לְמֵיזַל וּכְסֵיתָא מִנִּי וְלָא חַוֵּיתָא לִי וְשַׁלַּחְתָּךְ פּוֹן בְּחֶדְוָא וּבְתֻשְׁבְּחָן בְּתֻפִּין וּבְכִנָּרִין׃ 28 וְלָא
שְׁבַקְתַּנִי לְנַשָּׁקָא לִבְנַי וְלִבְנָתַי כְּעַן אַסְכֵּלְתָּא לְמֶעְבַּד׃ 29 אִית חֵילָא בִּידִי לְמֶעְבַּד עִמְּכוֹן בִּישׁ וֵאלָהָא דַאֲבוּכוֹן רַמְשָׁא אֲמַר לִי לְמֵימַר
אִסְתַּמַּר לָךְ מִלְּמַלָּלָא עִם יַעֲקֹב מִטַּב עַד בִּישׁ׃ 30 וּכְעַן מֵיזַל אֲזַלְתָּ אֲרֵי חַמָּדָא חַמֵּידְתָּא לְבֵית אֲבוּךְ לְמָה נְסֵיבְתָּ יָת דַּחַלְתִּי׃
31 וַאֲתֵיב יַעֲקֹב וַאֲמַר לְלָבָן אֲרֵי דְחֵילִית אֲרֵי אֲמָרִית דִּילְמָא תְנוּס יָת בְּנָתָךְ מִנִּי׃ 32 אֲתַר דְּתַשְׁכַּח יָת דַּחַלְתָּךְ לָא יִתְקַיַּם קֳדָם
אַחָנָא אִשְׁתְּמוֹדַע לָךְ מָה דְעִמִּי וְסַב לָךְ וְלָא יְדַע יַעֲקֹב אֲרֵי רָחֵל נְסֵיבַתְנוּן׃

* *Omnes diuitias & gloriam, quam abstulit* 16
Deus patris nostri, nobis erit & filiis nostris. nunc
ergo quæcunque tibi dixit Deus, fac.
* *Surgens autem Iacob, accepit vxores suas, &* 17
filios suos super camelos: * *Et abduxit omnem* 18
substantiam suam, & omnem supellectilem suam,
quam acquisiuit in Mesopotamia; & omnia sua, vt
abiret ad Isaac patrem suum in terram Chanaan.
* *Laban autem abiit ad tondendum oues suas.* 19
furata est autem Rachel idola patris sui.
* *Abscondit autem Iacob Laban Syro, ne indi-* 20
caret ei, quòd fugit.
* *Et fugit ipse, & sua omnia, & transiuit flu-* 21
men; & festinauit in montem Galaad.
* *Nunciatum est autem Laban Syro die tertia,* 22
quòd fugit Iacob. * *Et assumens filios suos, &* 23
fratres suos cum eo, persecutus est post eum viā die-
rum septem: & comprehendit eū in monte Galaad.
* *Venit autem Deus ad Laban Syrum per som-* 24
num nocte, & dixit ei: Caue ne fortè loquaris ad
Iacob mala. & comprehendit Laban Iacob.
* *Iacob autem fixit tabernaculum suum in mon-* 25
te. Laban autem statuit fratres suos in monte Ga-
laad. * *Dixit autem Laban Iacob: Quid fecisti?* 26
quare fugisti clàm, & furatus es me; & abduxisti
filias meas, quasi captiuas gladio?
* *Et si annunciasses mihi, misissem te cum læti-* 27
tia, & cum musicis, & tympanis, & cithara?
* *Non dignus habitus sum osculari filios meos,* 28
& filias meas. nunc autem stultè egisti.
* *Et nunc autem valet manus mea malefacere* 29
tibi. At Deus patris tui heri ait ad me, dicens: Cu-
stodi teipsum, ne fortè loquaris cum Iacob mala.
* *Nunc ergo vade: desiderio enim desiderasti,* 30
in domum patris tui abire: quare furatus es deos
meos?
* *Respondit Iacob, & dixit Laban: Dixi* 31
enim, ne fortè auferas filias tuas à me, & om-
nia mea.
* *Cognosce ergo quid est tuorum apud me, & ac-* 32
cipe. & non cognouit apud eum nihil. Et dixit Ia-
cob: Apud quem inuenti fuerint dei tui, non viuet
coram fratribus nostris. nesciebat autem Iacob, quòd
Rachel vxor eius furata est eos.

16 * πάντα τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δόξαν, ἣν ἀφείλετο ὁ θεὸς τοῦ
πατρὸς ἡμῶν, ἡμῖν ἔσται καὶ τοῖς τέκνοις ἡμῶν. νῦν οὖν ὅσα σοι
17 εἴρηκεν ὁ θεὸς, ποίει. * ἀναστὰς δὲ ἰακὼβ, ἔλαβε τὰς γυ-
ναῖκας αὐτοῦ, καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ ἐπὶ τὰς καμήλους·
18 * καὶ ἀπήγαγε πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν
τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ, ἣν περιεποιήσατο ἐν τῇ μεσοποταμίᾳ,
καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ ἀπελθεῖν πρὸς ἰσαὰκ τὸν πατέρα αὐτοῦ, εἰς
γῆν χαναάν.
19 * λάβαν δὲ ᾤχετο κεῖραι τὰ πρόβατα αὐτοῦ. ἔκλεψε δὲ ῥα-
χὴλ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτῆς.
20 * ἔκρυψε δὲ ἰακὼβ λάβαν τὸν σύρον, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι
21 αὐτῷ, ὅτι ἀποδιδράσκει. * καὶ ἀπέδρα αὐτὸς, καὶ τὰ αὐτοῦ
πάντα, καὶ διέβη τὸν ποταμὸν, καὶ ὥρμησεν εἰς τὸ ὄρος γαλαάδ.
22 * ἀνηγγέλη δὲ λάβαν τῷ σύρῳ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, ὅτι ἀπέ-
23 δρα ἰακώβ. * καὶ παραλαβὼν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀ-
δελφοὺς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, κατεδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ ὁδὸν ἡμερῶν
ἑπτά. καὶ κατέλαβεν αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει γαλαάδ.
24 * ἦλθε δὲ ὁ θεὸς πρὸς λάβαν τὸν σύρον καθ' ὕπνον τὴν νύ-
κτα, καὶ εἶπεν αὐτῷ· φύλαξαι μήποτε λαλήσῃς πρὸς ἰα-
κὼβ πονηρά. καὶ κατέλαβε λάβαν τὸν ἰακώβ.
25 * ἰακὼβ δὲ ἔπηξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει. λάβαν δὲ
ἔστησε τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει γαλαάδ.
26 * εἶπε δὲ λάβαν τῷ ἰακὼβ, τί ἐποίησας; ἵνα τί ἀπέδρας κρυ-
φῆ, καὶ ἐκλοποφόρησάς με, καὶ ἀπήγαγες τὰς θυγατέρας μου,
27 ὡς αἰχμαλώτιδας μαχαίρᾳ; * καὶ εἰ ἀνήγγειλάς μοι,
ἐξαπέστειλα ἄν σε μετ' εὐφροσύνης, καὶ μετὰ μουσικῶν, καὶ τυμ-
28 πάνων, καὶ κιθάρας. * οὐ κατηξιώθην φιλῆσαι τὰ παι-
δία μου, καὶ τὰς θυγατέρας μου. νῦν δὲ ἀφρόνως ἔπραξας.
29 * καὶ νῦν δὲ ἰσχύει ἡ χείρ μου κακοποιῆσαί σε. ὁ δὲ θεὸς τοῦ
πατρός σου χθὲς εἶπε πρός με, λέγων, φύλαξον σεαυτὸν, μή-
30 ποτε λαλήσῃς μετὰ ἰακὼβ πονηρά. * νῦν οὖν πεπόρευσαι,
ἐπιθυμίαν γὰρ ἐπεθύμησας, εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου ἀπελ-
θεῖν, ἵνα τί ἔκλεψας τοὺς θεούς μου;
31 * ἀπεκρίθη ἰακὼβ, καὶ εἶπε τῷ λάβαν. εἶπα γὰρ, μήποτε ἀ-
φέλῃ τὰς θυγατέρας σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πάντα τὰ ἐμά.
32 * ἐπίγνωθι οὖν τί ἐστι τῶν σῶν παρ' ἐμοί, καὶ λάβε. καὶ οὐκ ἐ-
πέγνω παρ' αὐτῷ οὐδέν. καὶ εἶπεν ἰακώβ· παρ' ᾧ ἂν εὑρεθῶσιν οἱ
θεοί σου, οὐ ζήσεται ἐναντίον τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. οὐκ ᾔδει δὲ ἰα-
κὼβ, ὅτι ῥαχὴλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἔκλεψεν αὐτούς.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

16 Quoniam omnes diuitiæ quas abstulit Deus ex patre nostro, nostræ sunt & filiorum nostrorum. Et nunc quodcunque dixerit tibi Deus, fac. 17 Et surrexit Iacob, & leuauit filios suos & vxores suas super camelos: 18 Et duxit vniuersa pecora sua, & omnem substantiam suam quam acquisierat in Mesopotamia Syriæ, vt veniret ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. 19 Laban autem abierat ad tondendas oues suas: & tulit Rachel imagines quæ erant patris sui. 20 Et celauit Iacob à Laban Syro, & non indicauit ei quòd ipse proficisceretur.
21 Et abiit ipse & omnia sua, & surrexit & transiuit Euphratem: & posuit faciem suam contra montem Galaad. 22 Et nunciatum est Laban in die tertio quòd abiisset Iacob. 23 Et tulit fratres suos secum, & persecutus est post eum itinere septem dierum: & comprehendit eum in monte Galaad. 24 Et venit verbum à facie Dei ad Laban Syrum in somnio noctis, & dixit ei: Caue tibi ne loquaris cum Iacob à bono vsque ad malum. 25 Et comprehendit Laban Iacob. Et Iacob tetenderat tabernaculum suum in monte. & Laban collocauit fratres suos in monte Galaad. 26 Et dixit Laban ad Iacob: Quid fecisti? & celasti à me, & duxisti filias meas quasi captiuas gladio? 27 Quare occultè abiisti, & celasti à me, & non indicasti mihi, vt dimitterem te cum gaudio & canticis, cum tympanis & citharis? 28 Et non permisisti me, vt oscularer filios meos & filias meas? nunc stultè egisti.
29 Et potestas in manu mea, vt facerem vobiscum malum: sed Deus patris vestri hesterna nocte ait mihi, dicens: Caue tibi ne loquaris cum Iacob à bono vsque ad malum. 30 Et nunc abiens abiisti, quoniam cupiens cupiebas domum patris tui. cur tulisti deos meos?
31 Et respondit Iacob, & dixit ad Laban: Quoniam timui, dicens, ne violenter auferres filias tuas à me.
32 Locus in quo inueneris deum tuum, non permaneat. coram fratribus nostris cognosce quid tuum sit apud me; & tolle tibi. Et nesciebat Iacob quòd Rachel accepisset eos.

33 * ויבא לבן באהל־יעקב ובאהל לאה ובאהל שתי
האמהת ולא מצא ויצא מאהל לאה ויבא באהל
34 רחל: * ורחל לקחה את־התרפים ותשמם בכר
הגמל ותשב עליהם וימשש לבן את־כל־האהל
35 ולא מצא: * ותאמר אל־אביה אל־יחר בעיני אדני
כי לוא אוכל לקום מפניך כי־דרך נשים לי ויחפש
36 ולא מצא את־התרפים: * ויחר ליעקב וירב
בלבן ויען יעקב ויאמר ללבן מה־פשעי מה חטאתי
37 כי דלקת אחרי: * כי־מששת את־כל־כלי מה־
מצאת מכל כלי־ביתך שים כה נגד אחי ואחיך
38 ויוכיחו בין שנינו: * זה עשרים שנה אנכי
עמך רחליך ועזיך לא שכלו ואילי צאנך לא אכלתי:
39 * טרפה לא־הבאתי אליך אנכי אחטנה מידי
40 תבקשנה גנבתי יום וגנבתי לילה: * הייתי
ביום אכלני חרב וקרח בלילה ותדד שנתי מעיני:
41 * זה־לי עשרים שנה בביתך עבדתיך ארבע־
עשרה שנה בשתי בנתיך ושש שנים בצאנך
42 ותחלף את־משכרתי עשרת מנים: * לולי אלהי
אבי אלהי אברהם ופחד יצחק היה לי כי עתה
ריקם שלחתני את־עניי ואת־יגיע כפי ראה
43 אלהים ויוכח אמש: * ויען לבן ויאמר אל־יעקב
הבנות בנתי והבנים בני והצאן צאני וכל אשר־
אתה ראה לי־הוא ולבנתי מה־אעשה לאלה
44 היום או לבניהן אשר ילדו: * ועתה לכה נכרתה
45 ברית אני ואתה והיה לעד ביני ובינך: * ויקח
46 יעקב אבן וירימה מצבה: * ויאמר יעקב לאחיו
לקטו אבנים ויקחו אבנים ויעשו־גל ויאכלו
47 שם על־הגל: * ויקרא־לו לבן יגר שהדותא ויעקב
48 קרא לו גלעד: * ויאמר לבן הגל הזה עד ביני ובינך
היום על־כן קרא־שמו גלעד:

33 * Ingreſſus itaque Laban tabernaculum Ia-
cob & Liæ, & vtriuſque famulæ, non inuenit.
34 cúmque intraſſet tentorium Rachelis, * Illa
feſtinans abſcondit idola ſubter ſtramenta ca-
meli; & ſedit deſuper. ſcrutantíque omne ten
35 torium, & nihil inuenienti, * ait: Ne iraſca-
tur dominus meus, quòd coram te aſſurgere
nequeo; quia iuxta conſuetudinem fœminarū
nunc accidit mihi. ſic deluſa ſollicitudo quæ-
36 rentis eſt. * Tuménſque Iacob cum iurgio
ait: Quam ob culpam meam, & ob quod pec-
37 catum meum ſic exarſiſti poſt me? * Et ſcru-
F tatus es omnem ſupellectilem meam. quid in-
ueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? Pone
hic coram fratribus meis & fratribus tuis; &
38 iudicent inter me & te. * Idcircò vi-
ginti annis fui tecum. Oues tuæ & capræ
ſteriles non fuerunt: arietes gregis tui non co
39 medi: * Nec captum à beſtia oſtendi tibi. ego
damnum omne reddebam. quicquid furtim
40 peribat, à me exigebas. * Die noctúque æſtu
vrgebar & gelu. fugiebátque ſomnus ab ocu-
41 lis meis. * Sícque per viginti annos in do-
mo tua ſeruiui tibi, quatuordecī pro filiabus, Sup. 29. 4.
& ſex pro gregibus tuis. Immutaſti quoque
42 mercedē meā decē vicibus. * Niſi Deus patris
mei Abraam, & timor Iſaac affuiſſet mihi, for-
ſitan modò nudū me dimiſiſſes. Afflictionem
meā & laborem manuū mearū reſpexit Deus;
43 & arguit te heri. * Reſpondit ei Labā: Filię meę
& filij, & greges tui, & omnia quæ cernis mea
ſunt. quid poſſū facere filiis & nepotib⁹ meis?
44 * Veni ergo & ineamus fœdus, vt ſit teſtimo-
nium inter me & te.
45 * Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit il-
46 lum in titulum. * Dixítque fratribus
ſuis: Afferte lapides. qui congregantes, fece-
runt tumulum; comederúntque ſuper eum.
47 * Quem vocauit Laban, Tumulum teſtis: &
G Iacob, Aceruum teſtimonij: vterq; iuxta pro-
48 prietatem linguæ ſuæ. * Dixítque Laban:
Tumulus iſte teſtis erit inter me & te hodie:
& idcircò appellatū eſt nomen eius Galaad, id
eſt, Tumulus teſtis.

תרגום אונקלוס

33 ועאל לבן במשכנא דיעקב ובמשכנא דלאה ובמשכנא דתרתין לחינתא ולא אשכח ונפק ממשכנא דלאה ועאל במשכנא דרחל: 34 ורחל
נסיבה ית צלמניא ושויתינון בעביטא דגמלא ויתיבת עליהון ומשיש לבן ית כל משכנא ולא אשכח: 35 ואמרת לאבוהא לא יתקוף בעיני רבוני
ארי לא איכול למיקם מן קדמך ארי אורח נשין לי ובלש ולא אשכח ית צלמניא: 36 ותקיף ליעקב ונצא עם לבן ואתיב יעקב
ואמר ללבן מה חובי ומה סורחני ארי רדפתא בתראי: 37 ארי מששת ית כל מאני מה אשכחת מכל מאני ביתך שו כען קדם
אחי ואחך ויוכיחון בין תרוננא: 38 דנן עשרין שנין אנא עמך רחלך ועזך לא אתכילו ודכרי ענך לא אכלית: 39 דתבירא
לא איתיתי לך דהות שגיא מן מניינא מני את בעי לה נטירית ביממא ונטירית בליליא: 40 הויתי ביממא אכלני שרבא וגלידא
נחית עלי בליליא ונדת שנתי מעיני: 41 דנן לי עשרין שנין בביתך פלחתך ארבע עשרה שנין בתרתין בנתך ושית שנין בענך ואשניתא
ית אגרי עשר זמנין: 42 אילולפון אלהיה דאבא אלהיה דאברהם ודדחיל ליה יצחק הוה בסעדי ארי כען ריקן שלחתני ית עמלי וית
ליאות ידי גלי קדם יי ואוכח ברמשא: 43 ואתיב לבן ואמר ליעקב בנתא בנתי ובניא בני ועאנא עאני וכל דאת חזי לי הוא
ולבנתי מה אעבד לאלין יומא דין או לבניהן דילידן: 44 וכען אתא נגזר קים אנא ואת ויהא לסהיד ביני ובינך: 45 ונסיב
יעקב אבנא וארמה קמא: 46 ואמר יעקב לאחוהי לקטו אבנין ונסיבו אבנין ועבדו דגורא ואכלו תמן על דגורא: 47 וקרא ליה לבן יגר
סהדותא ויעקב קרא ליה גלעד: 48 ואמר לבן דגורא הדין סהיד ביני ובינך יומא דין על כן קרא שמיה גלעד:

* Ingressus autem Laban, scrutatus est domum 33
Liæ, & non inuenit. & egressus ex domo Liæ, scru-
tatus est domum Iacob, et in domo duarum ancilla-
rum, & non inuenit. ingressus est autem & in do-
mum Rachel. * Rachel autem accepit idola, & 34
iniecit ea in stramentis cameli; & sedit super eis.
* Et dixit patri suo: Non grauiter fer, domine, 35
non potero surgere corā te: quia quæ secundùm con-
suetudinem muliebrium mihi sunt. Scrutatus est au
tem Laban coram ipso in omni domo, & non inuenit
idola. * Iratus est autem Iacob, & rixatus est cum 36
Laban. & respondens Iacob, dixit Laban: Quæ ini-
quitas mea, & quid peccatum meum, quòd perse-
cutus es post me? * Et quòd scrutatus es omnia 37
vasa domus meæ? quid inuenisti de omnibus vasis
tuis? pone hic coram fratribus tuis & fratribus
meis, & arguant inter duos nos.
* Hi mihi viginti anni ego sum tecum. oues tuæ 38
& capræ tuæ non fuerunt steriles: arietes ouiū tua-
rum non comedi. * A bestia comestum non attuli 39
tibi. ego soluebā à meipso furta diei, & furta noctis.
* Fui combustus æstu diei, & glacie noctis. & fu 40
giebat somnus ab oculis meis. * Isti mihi viginti 41
anni ego sum in domo tua. seruiui tibi quatuordecim
annos pro filiabus tuis, & sex annos in ouibus tuis.
& decepisti mercedem meam decem agnis. * Nisi 42
Deus patris mei Abraā fuisset mihi, & timor Isaac,
nunc vacuum me misisses. humilitatem meam, & la
borē manuum mearum vidit Deus: & redarguit
te heri. * Respondens autem Laban, dixit Ia- 43
cob: Filiæ, filiæ meæ: & filij, filij mei: & pecora,
pecora mea. & omnia quæcunque tu vides, mea
sunt, & filiarum mearum. quid faciam istis hodie,
aut filiis earum quos pepererunt?
* Nunc ergo veni: disponamus fœdus ego & 44
tu: & erit in testimonium inter me & te. * Acci- 45
piens autem Iacob lapidem, statuit eum titulū. * Di- 46
xit autē Iacob fratribus suis: Colligite lapides. et col-
legerunt lapides, et fecerunt collem: & comederunt
illic super collem, & biberunt. * Et vocauit eū La- 47
ban, Collis testimonij: at Iacob vocauit eum, Collis
testis. * Dixit autem Laban: Tumulus iste testis 48
est inter me & te hodie. propter hoc vocatum est no
men loci, Collis testificatur.

33 * εἰσελθὼν δὲ λάβαν ἠρεύνησε τὸν οἶκον λείας, καὶ οὐχ εὗρεν. καὶ
ἐξελθὼν ἐκ τοῦ οἴκου λείας, ἠρεύνησε τὸν οἶκον ἰακὼβ, καὶ ἐν τῷ
οἴκῳ τῶν δύο παιδισκῶν, καὶ οὐχ εὗρεν. εἰσῆλθε δὲ καὶ εἰς τὸν οἶκον ῥα-
34 χήλ. * ῥαχὴλ δὲ ἔλαβε τὰ εἴδωλα, καὶ ἐνέβαλεν αὐτὰ εἰς
35 τὰ σάγματα τῆς καμήλου, καὶ ἐπεκάθισεν αὐτοῖς. * καὶ εἶπε
τῷ πατρὶ αὐτῆς, μὴ βαρέως φέρε κύριε, οὐ δύναμαι ἀναστῆναι
ἐνώπιόν σου· ὅτι τὰ κατ᾽ ἐθισμὸν τῶν γυναικείων μοί ἐστιν. ἠρεύ-
νησε δὲ λάβαν ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ, καὶ οὐχ εὗρε τὰ εἴ-
36 δωλα. * ὠργίσθη δὲ ἰακὼβ, καὶ ἐμαχέσατο τῷ λάβαν. καὶ ἀπο-
κριθεὶς ἰακὼβ, εἶπε τῷ λάβαν, τί τὸ ἀδίκημά μου; καὶ τί τὸ ἁ-
37 μάρτημά μου· ὅτι καταδεδίωξας ὀπίσω μου; * καὶ ὅτι ἠρεύνηκας
πάντα τὰ σκεύη τοῦ οἴκου μου; τί εὗρες ἀπὸ πάντων τῶν σκευῶν
σου; θὲς ὧδε ἐνώπιον τῶν ἀδελφῶν σου καὶ τῶν ἀδελφῶν μου, καὶ
38 ἐλεγξάτωσαν ἀναμέσον τῶν δύο ἡμῶν. * ταῦτά μοι εἴκοσι
ἔτη ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ. τὰ πρόβατά σου, καὶ αἶγές σου οὐκ ἠτεκνώ-
39 θησαν· κριοὺς τῶν προβάτων σου οὐ κατέφαγον. * θηριόβρω-
τον οὐκ ἐνήνοχά σοι. ἐγὼ ἀπετίννυον παρ᾽ ἐμαυτοῦ κλέμματα
40 ἡμέρας, καὶ κλέμματα νυκτός. * ἐγινόμην συγκαιόμενος
τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός. καὶ ἀφίστα-
41 το ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου. * ταῦτά μοι εἴκοσι ἔ-
τη ἐγώ εἰμι ἐν τῇ οἰκίᾳ σου. ἐδούλευσά σοι δεκατέσσαρα ἔτη
ἀντὶ τῶν θυγατέρων σου, καὶ ἓξ ἔτη ἐν τοῖς προβάτοις σου. καὶ
42 παρελογίσω τὸν μισθόν μου δέκα ἀμνάσιν. * εἰ μὴ ὁ θεὸς
τοῦ πατρός μου ἀβραὰμ ἦν μοι, καὶ ὁ φόβος ἰσαὰκ, νῦν ἂν κε-
νόν με ἐξαπέστειλας. τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν πόνον τῶν χει-
43 ρῶν μου εἶδεν ὁ θεὸς· καὶ ἤλεγξέ σε χθές. * ἀποκριθεὶς δὲ λά-
βαν, εἶπε τῷ ἰακὼβ· αἱ θυγατέρες, θυγατέρες μου· καὶ οἱ υἱοί,
υἱοί μου· καὶ τὰ κτήνη, κτήνη μου. καὶ πάντα ὅσα σὺ ὁρᾷς, ἐμά ἐστι,
καὶ τῶν θυγατέρων μου. τί ποιήσω ταύταις σήμερον, ἢ τοῖς
44 τέκνοις αὐτῶν, οἷς ἔτεκον; * νῦν οὖν δεῦρο διαθώμεθα διαθή-
κην ἐγὼ καὶ σύ. καὶ ἔσται εἰς μαρτύριον ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ
45 σοῦ. * λαβὼν δὲ ἰακὼβ λίθον, ἔστησεν αὐτὸν στήλην.
46 * εἶπε δὲ ἰακὼβ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, συλλέγετε λίθους, καὶ συ-
νέλεξαν λίθους, καὶ ἐποίησαν βουνόν· καὶ ἔφαγον ἐκεῖ ἐπὶ τοῦ
47 βουνοῦ, καὶ ἔπιον. * καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν λάβαν, βουνὸς τῆς μαρ-
48 τυρίας. ὁ δὲ ἰακὼβ ἐκάλεσεν αὐτὸν, βουνὸς μάρτυς. * εἶπε
δὲ λάβαν, ὁ βουνὸς οὗτος μαρτυρεῖ ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ
σήμερον. διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, βουνὸς μαρ-
τυρεῖ.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

33 Et ingressus est Laban in tabernaculum Iacob, & in tabernaculum Liæ, & in tabernaculum duarum concubinarum; & non inuenit. & egressus est de tabernaculo Liæ, & ingressus est in tabernaculum Rachelis. 34 Rachel autem accepit imagines, & posuit eas in stramentis cameli; & sedit desuper. & attrectauit Laban vniuersa quæ erant in tabernaculo, & non inuenit. 35 Et dixit patri suo: Ne displiceat in oculis domini mei, quoniam non possum surgere coram te: consuetudo enim mulierum est mihi. Et scrutatus est, & non inuenit imagines. 36 Et iratus est Iacob, & rixatus est cum Laban. & respondens Iacob, dixit ad Laban: Quæ est iniquitas mea, & quod est delictum meum, quia persecutus es post me? 37 Quoniā attrectasti omnia vasa mea; quid inuenisti de vniuersis vasis domus tuæ? pone nunc corā fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent inter nos ambos. 38 Istis viginti annis quibus ego fui apud te, oues tuæ & capræ tuæ non fuerunt orbatæ: & arietes ouiū tuarum non comedi. 39 Dilaceratum non adduxi tibi: quod deficiebat ex numero, à me tu quærebas illud: custodiebam in die, & custodiebam in nocte. 40 In die consumabat me æstus, & glacies descendebat super me in nocte: & recessit somnus ab oculis meis. 41 Istis viginti annis seruiui tibi in domo tua: quatuordecim annis pro duabus filiabus tuis, & sex annis pro ouibus tuis: & mutasti mercedem meam decem vicibus. 42 Nisi quòd Deus patris mei Deus Abrahæ, & ille quem timebat Isaac fuisset in adiutorium meum, iam nunc vacuum me dimisisses. labor meus & afflictio manuum mearū manifesta sunt corā Deo: & arguit te hesterna nocte. 43 Et respondit Laban & dixit ad Iacob: Filiæ, sunt filiæ meæ: & filij, sunt filij mei; & oues, sunt oues meæ: & quodcunq; tu vides, meum est: & quid faciam istis filiabus meis hodie, aut filiis earū quos pepererunt? 44 Et nunc veni, ineamus fœdus ego & tu: & sit in testimonium inter me & te. 45 Et tulit Iacob lapidem, & erexit eum in titulum. 46 Et ait Iacob fratribus suis: Colligite lapides: & tulerunt lapides, & fecerunt aceruum; & comederunt ibi super aceruum. 47 Et vocauit eum Laban, Aceruum testimonij: Iacob autem appellauit eum, Galaad. 48 Et ait Laban: Aceruus iste erit testis inter me & inter te hodie: ideò appellauit nomen eius, Galaad.

49 והמצפה אשר אמר יצף יהוה ביני ובינך כי
50 נסתר איש מרעהו: אם תענה את בנתי ואם
תקח נשים על בנתי אין איש עמנו ראה אלהים
51 עד ביני ובינך: ויאמר לבן ליעקב הנה הגל
הזה והנה המצבה אשר יריתי ביני ובינך:
52 עד הגל הזה ועדה המצבה אם אני לא
אעבר אליך את הגל הזה ואם אתה לא
תעבר אלי את הגל הזה ואת המצבה הזאת
53 לרעה: אלהי אברהם ואלהי נחור ישפטו
בינינו אלהי אביהם וישבע יעקב בפחד אביו
54 יצחק: ויזבח יעקב זבח בהר ויקרא לאחיו לאכל
55 לחם ויאכלו לחם וילינו בהר: וישכם לבן בבקר
וינשק לבניו ולבנותיו ויברך אתהם וילך וישב
לבן למקמו:

לב

1 ויעקב הלך לדרכו ויפגעו בו מלאכי
2 אלהים: ויאמר יעקב כאשר ראם מחנה אלהים
זה ויקרא שם המקום ההוא מחנים:
3 וישלח יעקב מלאכים לפניו אל עשו אחיו
4 ארצה שעיר שדה אדום: ויצו אתם לאמר כה
תאמרון לאדני לעשו כה אמר עבדך יעקב עם לבן
5 גרתי ואחר עד עתה: ויהי לי שור וחמור צאן ועבד
ושפחה ואשלחה להגיד לאדני למצא חן בעיניך:
6 וישבו המלאכים אל יעקב לאמר באנו אל אחיך
אל עשו וגם הלך לקראתך וארבע מאות איש עמו:
7 ויירא יעקב מאד ויצר לו ויחץ את העם אשר אתו
ואת הצאן ואת הבקר והגמלים לשני מחנות:
8 ויאמר אם יבוא עשו אל המחנה האחת והכהו
9 והיה המחנה הנשאר לפליטה: ויאמר יעקב אלהי
אבי אברהם ואלהי אבי יצחק יהוה האמר אלי שוב
לארצך ולמולדתך ואיטיבה עמך:

49 * Et adiecit Laban: Intueatur & iudicet Dñs
50 inter nos, quando recesserimus à nobis: * Si af-
flixeris filias meas, & si introduxeris alias vxo-
res super eas. Nullus sermonis nostri testis est
51 absq; Deo, qui presens respicit. * Dixitq; rursus
ad Iacob: En tumulus hic & lapis quē erexi, in-
52 ter me & te testis erit. * Tumulus, inquā, iste &
lapis sint in testimoniū: si aut ego transiero il-
lum pergens ad te, aut tu preterieris malū mi-
53 hi cogitans. * Deus Abraam & Deus Nachor
iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit
54 ergo Iacob per timorem patris sui Isaac. * Im-
molatisque victimis in monte, vocauit fratres
suos vt ederent panem. qui cùm comedissent,
55 manserunt ibi. * Laban verò de nocte consur-
gens, osculatus est filios & filias suas: & bene-
dixit illis, reuersusque est in locum suum.

CAP. XXXII.

1 Iacob autē abiit in itinere quo cœperat: fue-
2 runtq; ei obuiam angeli Dei. * Quos cùm vi-
A disset, ait: Castra Dei sūt hæc. & appellauit no
3 men loci illius Manaim, id est Castra. * Misit
autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suū
4 in terra Seir, in regione Edom. * Præcepitq; eis
dicens: Sic loquimini domino meo Esau. hæc
dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregri-
natus sum, & fui vsque in præsentem diem.
5 * Habeo boues, & asinos, & oues & seruos &
ancillas: mittoq; nunc legationē ad dominū
meum, vt inueniam gratiam in conspectu
6 tuo. * Reuersique sunt nuncij ad Iacob, di-
centes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ec-
ce properat in occursum tuum cum quadrin
7 gentis viris. * Timuit Iacob valdè: & per-
territus diuisit populum qui secum erat: gre-
ges quoque & oues, & boues, & camelos, in
duas turmas:
8 * Dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam,
& percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est,
saluabitur.
9 * Dixitque Iacob: Deus patris mei Abraam,
& Deus patris mei Isaac, Domine qui dixisti
mihi, Reuertere in terram tuam, & in locum
natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi.

תרגום אונקלוס

49 וסכותא דאמר יסך מימרא דיי ביני ובינך ארי נתכסי גבר מחבריה:
50 אם תעני ית בנתי ואם תסב נשין על בנתי לית אינש עמנא חזי מימרא דיי סהיד ביני ובינך:
51 ואמר לבן ליעקב הא דגורא הדין והא קמתא דאקימית ביני ובינך:
52 סהיד דגורא הדין וסהדא קמתא אם אנא לא אעבר לותך ית דגורא הדין ואם את לא תעבר לותי ית דגורא הדין וית קמתא הדא לבישו:
53 אלהיה דאברהם ואלהיה דנחור ידונון בינגא אלהיה דאבוהון וקיים יעקב בדדחיל ליה אבוהי יצחק:
54 ונכים יעקב נכסתא בטורא וקרא לאחוהי למיכל לחמא ואכלו לחמא וביתו בטורא:
55 ואקדים לבן בצפרא ונשיק לבנוהי ולבנתיה ובריך יתהון ואזל ותב לבן לאתריה:

לב

1 ויעקב אזל לאורחיה וערעו ביה מלאכיא דיי:
2 ואמר יעקב כד חזנון משריתא מן קדם יי דין וקרא שמא דאתרא ההוא מחנים:
3 ושלח יעקב אזגדין קדמוהי לות עשו אחוהי לארעא דשעיר חקלא דאדום:
4 ופקיד יתהון למימר כדנן תימרון לרבוני לעשו כדנן אמר עבדך יעקב עם לבן דרית ואוחרית עד כען:
5 והוו לי תורין וחמרין ען ועבדין ואמהן ושלחית לחואה לרבוני לאשכחא רחמין בעינך:
6 ותבו אזגדיא לות יעקב למימר אתינא לות אחוך לות עשו ואף אזיל לקדמותך וארבע מאה גברין עמיה:
7 ודחיל יעקב לחדא ועקת ליה ופליג ית עמא דעמיה וית ענא וית תורי וגמליא לתרין משרין:
8 ואמר אם ייתי עשו למשריתא חדא ויממחינה ויהא משריתא דישתארא לשיזבותא:
9 ואמר יעקב אלהיה דאבא אברהם ואלהיה דאבא יצחק יי דאמר לי תוב לארעך ולילדותך ואוטיב עמך:

* Et visio quam dixit. respiciat Deus inter me 49
& te; quia discedemus alter ab altero.
* Si humiliaueris filias meas, si acceperis vxores 50
super filias meas, vide, nullus nobiscum est; Deus
testis inter me & te.
* Et dixit Laban Iacob: Ecce tumulus iste & ti- 51
tulus, quem statui inter me & te, testis est.
* Tumulus iste & titulus, quem statui, hic testis 52
est. si enim transgrediar ego ad te, neque tu transgre
diaris ad me collem istum & titulum istum in mali-
tia. * Deus Abraam & Deus Nachor iudica- 53
bit inter nos. & iurauit Iacob per timorem Isaac pa
tris sui. * Et sacrificauit sacrificium in monte. 54
& vocauit fratres suos, & comederunt & bibe-
runt; & dormierunt in monte.
* Surgens autem Laban manè, osculatus est filios 55
& filias suas, & benedixit eis. & reuersus est La
ban in locum suum.

CAP. XXXII.

ET Iacob abiit viam suam. & respiciens, vidit 1
castra Dei castrametata; & obuiauerunt ei ange-
li Dei. * Dixit autem Iacob, quando vidit eos, 2
Castra Dei ista. et vocauit nomen loci illius, Castra.
* Misit autem Iacob antè ad Esau fratrem suum 3
in terram Seir, in regionem Edom.
* Et præcepit eis, dicens: Sic dicetis domino meo 4
Esau: sic dicit seruus tuus Iacob: Cum Laban habi-
taui, & moratus sum vsque nunc.
* Et fuerunt mihi boues, & asini, & oues, & 5
serui, & ancillæ. & misi domino meo Esau nuncia-
re, vt inueniat seruus tuus gratiam coram te.
* Et reuersi sunt nuncij ad Iacob, dicentes: Ve- 6
nimus ad fratrem tuum Esau. & ecce ipse venit
in occursum tuum, & quadringenti viri cum eo.
* Timuit autem Iacob valdè, & dubitauit: 7
& diuisit populum qui cum eo, & boues & oues,
in duas turmas.
* Et dixit Iacob: Si venerit Esau ad turmam 8
vnam, & percusserit eam, erit turma secunda vt
saluetur.
* Dixit autem Iacob: Deus patris mei A- 9
braam, & Deus patris mei Isaac; Domine qui di-
xisti mihi, Reuertere in terram natiuitatis tuæ, &
bene tibi faciam.

49 * καὶ ἡ ὅρασις ἣν εἶπεν. ἐπείδοι ὁ θεὸς ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ
σοῦ. ὅτι ἀποστησόμεθα ἕτερος ἀπὸ τοῦ ἑτέρου.
50 * εἰ ταπεινώσῃς τὰς θυγατέρας μου, εἰ λάβῃς γυναῖκας
ἐπὶ ταῖς θυγατράσι μου, ὅρα, οὐθεὶς μεθ' ἡμῶν ἐστιν· ὁ θεὸς
51 μάρτυς ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ. * καὶ εἶπε λάβαν τῷ ἰα-
κὼβ, ἰδοὺ ὁ βουνὸς οὗτος καὶ ἡ στήλη, ἣν ἔστησα ἀναμέσον ἐμοῦ
52 καὶ σοῦ, μαρτυρεῖ. * ὁ βουνὸς οὗτος καὶ ἡ στήλη, ἣν ἔστησα,
αὕτη μαρτυρεῖ. ἐάν τε γὰρ διαβῶ ἐγὼ πρός σε, μὴ δὲ σὺ διαβῇς
πρός με τὸν βουνὸν τοῦτον καὶ τὴν στήλην ταύτην ἐπὶ κακίᾳ.
53 * ὁ θεὸς ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς ναχὼρ κρινεῖ ἀναμέσον ἡμῶν.
καὶ ὤμοσεν ἰακὼβ κατὰ τοῦ φόβου ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.
54 * καὶ ἔθυσε θυσίαν ἐν τῷ ὄρει· καὶ ἐκάλεσε τοὺς ἀδελ-
φοὺς αὐτοῦ, καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ ἐκοιμήθησαν ἐν τῷ ὄρει.
55 * ἀναστὰς δὲ λάβαν τοπρωῒ, κατεφίλησε τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς
θυγατέρας αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτούς. καὶ ἀποστραφὴ λά-
βαν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ.

λβ'.

1 * Καὶ ἰακὼβ ἀπῆλθε τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. καὶ ἀναβλέψας,
εἶδε παρεμβολὴν θεοῦ παρεμβεβληκυῖαν. καὶ συνήντησαν
2 αὐτῷ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ. * εἶπε δὲ ἰακὼβ, ἡνίκα εἶ-
δεν αὐτοὺς· παρεμβολὴ θεοῦ αὕτη. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τό-
3 που ἐκείνου, παρεμβολαί. * ἀπέστειλε δὲ ἰακὼβ ἔμπροσθεν
πρὸς ἠσαῦ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ εἰς γῆν σηείρ, εἰς χώραν ἐδώμ.
4 * καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς, λέγων, οὕτως ἐρεῖτε τῷ κυρίῳ μου
ἠσαῦ, οὕτως λέγει ὁ παῖς σου ἰακὼβ, μετὰ λάβαν παρῴκησα,
5 καὶ ἐχρόνισα ἕως τοῦ νῦν· * καὶ ἐγένοντό μοι βόες, καὶ ὄ-
νοι, καὶ πρόβατα, καὶ παῖδες, καὶ παιδίσκαι. καὶ ἀπέστειλα τῷ
κυρίῳ μου ἠσαῦ ἀπαγγεῖλαι, ἵνα εὕρῃ ὁ παῖς σου χάριν ἐναν-
6 τίον σου. * καὶ ἀπέστρεψαν οἱ ἄγγελοι πρὸς ἰακὼβ,
λέγοντες, ἤλθομεν πρὸς τὸν ἀδελφόν σου ἠσαῦ· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς
ἔρχεται εἰς συνάντησίν σου, καὶ τετρακόσιοι ἄνδρες μετ' αὐτοῦ.
7 * ἐφοβήθη δὲ ἰακὼβ σφόδρα, καὶ ἠπορεῖτο. καὶ διεῖ-
λε τὸν λαὸν τὸν μετ' αὐτοῦ, καὶ τοὺς βόας, καὶ τὰ πρόβατα εἰς
8 δύο παρεμβολάς. * καὶ εἶπεν ἰακὼβ, ἐὰν ἔλθῃ ἠσαῦ εἰς
παρεμβολὴν μίαν, καὶ κόψῃ αὐτὴν, ἔσται ἡ παρεμβολὴ ἡ
δευτέρα εἰς τὸ σώζεσθαι.
9 * εἶπε δὲ ἰακὼβ, ὁ θεὸς τοῦ πατρός μου ἀβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς
τοῦ πατρός μου ἰσαὰκ, κύριε ὁ εἰπών μοι, ἀπότρεχε εἰς τὴν γῆν
τῆς γενέσεώς σου, καὶ εὖ σοι ποιήσω.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

49 Et speculam, quia dixit: Speculetur verbum Domini inter me & te, quando absentes fuerimus vnusquisque à proximo suo. 50 Si afflixeris filias meas, & si acceperis vxores super filias meas, non est vir nobiscum, vide quòd verbum Domini est testis inter me & te. 51 Et dixit Laban ad Iacob: Ecce tumulus iste: & ecce titulus quem erexi inter me & te. 52 Testis tumulus iste, & testis titulus, quòd ego non transibo tumulum hunc ad te, & quòd tu non pertransibis tumulum hunc & titulum hunc in malum mihi. 53 Deus Abraham & Deus Nachor iudicent inter nos, Deus patrum eorum. Et iurauit Iacob per illum quem timebat pater suus Isaac. 54 Et immolauit Iacob victimam in monte, & vocauit fratres suos, vt comederent panem: & comederunt panem, & dormierunt in monte. 55 Et surrexit Laban manè, & osculatus est filios suos & filias suas, & benedixit eis: & abiit. & reuersus est Laban in locum suum.

CAP. XXXII.

IAcob autem abiit per viam suam: & obuiauerunt ei angeli Dei. 2 Et ait Iacob quando vidit eos: Castra à facie Dei sunt hæc. Et vocauit nomen loci illius, Manaim. 3 Et misit Iacob nuncios ante se ad Esau fratrem suum, ad terram Seir regionis Idumeæ. 4 Et præcepit eis, dicens: Sic dicetis domino meo Esau: hæc dicit seruus tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum, & moratus sum vsque nunc. 5 Habeoque boues & asinos, & seruos & ancillas: & mitto vt indicem domino meo, vt inueniam gratiam in oculis tuis. 6 Et reuersi sunt nuncij ad Iacob, dicentes: Venimus ad fratrem tuum Esau: & ipse quoque venit in occursum tuum, & quadringenti viri cum eo. 7 Et timuit Iacob valdè, & angustiatus est: & diuisit populum qui erat cum eo, & oues, & boues, & camelos in duas turmas. 8 Et ait: Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, turma quæ reliqua est, saluabitur. 9 Et dixit Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Dominus qui dixit mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ: & benefaciam tibi.

10 * קטנתי מכל החסדים ומכל האמת אשר
עשית את־עבדך כי במקלי עברתי את־הירדן
11 הזה ועתה הייתי לשני מחנות׃ * הצילני נא
מיד אחי מיד עשו כי־ירא אנכי אתו פן־יבוא והכני
12 אם על־בנים׃ * ואתה אמרת היטב איטיב
עמך ושמתי את־זרעך כחול הים אשר לא־יספר
13 מרב׃ * וילן שם בלילה ההוא ויקח מן־הבא
14 בידו מנחה לעשו אחיו׃ * עזים מאתים
ותישים עשרים רחלים מאתים ואילים עשרים׃
15 * גמלים מיניקות ובניהם שלשים פרות
ארבעים ופרים עשרה אתנת עשרים ועירם עשרה׃
16 * ויתן ביד־עבדיו עדר עדר לבדו ויאמר אל־עבדיו
עברו לפני ורוח תשימו בין עדר ובין עדר׃
17 * ויצו את־הראשון לאמר כי יפגשך עשו אחי
ושאלך לאמר למי־אתה ואנה תלך ולמי אלה
18 לפניך׃ * ואמרת לעבדך ליעקב מנחה הוא שלוחה
19 לאדני לעשו והנה גם־הוא אחרינו׃ * ויצו גם את־
השני גם את־השלישי גם את־כל־ההלכים אחרי
העדרים לאמר כדבר הזה תדברון אל־עשו במצאכם
20 אתו׃ * ואמרתם גם הנה עבדך יעקב אחרינו כי־אמר
אכפרה פניו במנחה ההלכת לפני ואחרי־כן אראה
21 פניו אולי ישא פני׃ * ותעבר המנחה על־פניו והוא
22 לן בלילה־ההוא במחנה׃ * ויקם בלילה הוא ויקח
את־שתי נשיו ואת־שתי שפחתיו ואת־אחד עשר
23 ילדיו ויעבר את מעבר יבק׃ * ויקחם ויעברם את־
24 הנחל ויעבר את־אשר־לו׃ * ויותר יעקב לבדו
25 ויאבק איש עמו עד עלות השחר׃ * וירא כי לא יכל
לו ויגע בכף־ירכו ותקע כף־ירך יעקב בהאבקו עמו׃
26 * ויאמר שלחני כי עלה השחר ויאמר לא אשלחך
כי אם־ברכתני׃

10 *Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, &
B veritate tua,quam expleſti ſeruo tuo. In bacu-
lo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum
11 duabus turmis regredior. *Erue me de ma-
nu fratris mei Eſau: quia valdè eum timeo, ne
fortè veniens, percutiat matrem cum filiis.
12 *Tu locutus es quòd benefaceres mihi: &
dilatares ſemē meum ſicut arenam maris, quę
13 prę multitudine numerari non poteſt. *Cúm-
que dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his
14 quæ habebat munera Eſau fratri ſuo: *Capras
ducentas, hircos viginti: oues ducentas, & a-
15 rietes viginti: *Camelos fœtas cum pullis
ſuis triginta; vaccas quadraginta, & tauros vi-
ginti; aſinas viginti, & pullos earum decem.
16 *Et miſit per manus ſeruorum ſuorum ſin-
gulos ſeorſum greges, dixitq́; pueris ſuis: An-
tecedite me, & ſit ſpatium inter gregē & gre-
17 gem. *Et præcepit priori, dicens: Si obuium
habueris fratrem meum Eſau, & interrogaue-
rit te, Cuius es? aut, quò vadis? aut, cuius ſunt
18 iſta quæ ſequeris? *Reſpondebis: Serui tui
C Iacob. munera miſit domino ſuo Eſau: ipſe
19 quoque poſt nos venit. *Similiter dedit man-
data ſecundo & tertio, & cunctis qui ſeque-
bantur greges, dicens: Iiſdem verbis loquimi-
20 ni ad Eſau, cùm inueneritis eum. *Et adde-
tis: Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrū
inſequitur. dixit enim: Placabo illum mune-
ribus quæ præcedunt: & poſteà videbo illum.
21 forſitan propiciabitur mihi. *Præceſſerunt
itaque munera ante eum. ipſe verò manſit no
22 cte illa in caſtris. *Cúmque maturè ſurre-
xiſſet, tulit duas vxores ſuas, & totidem famu
las cum vndecim filiis, & tranſiuit vadum Ia-
23 boch. *Traductiſque omnibus quæ ad ſe
24 pertinebant, *Manſit ſolus. & ecce vir lu-
ctabatur cum eo vſque mane.
25 *Qui cùm videret quòd eum ſuperare non Oſee.12.
poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim
emarcuit.
26 *Dixitque ad eum: Dimitte me. iam enim
D aſcendit aurora. Reſpondit: Non dimittam
te, niſi benedixeris mihi.

תרגום אונקלוס

10 זעירן זכותי מכל חסדין ומכל טבון דעבדת עם עבדך ארי יחידאי עבריה ית ירדנא דדין וכען הויתי להרין משירין׃ 11 שזבני כען
מידא דאחי מידא דעשו ארי דחיל אנא יתיה דילמא ייתי ויקטלינני אמא על בניא׃ 12 ואת אמרת אוטבא אוטיב עמך ואשוי ית בנך סגיאין
כחלא דימא דלא יתמנון מסגי׃ 13 ובת תמן בליליא ההוא ונסיב מדאיתי בידיה תקרובתא לעשו אחוהי׃ 14 עזי מאתן ותישיא עשרין
רחילי מאתן ודכרי עשרין׃ 15 גמלי מניקתא ובניהון תלתין תורתא ארבעין ותורי עשרה אתנן עשרין ועילי עשרה׃ 16 ויהב ביד
עבדוהי עדרא עדרא בלחודוהי ואמר לעבדוהי עברו קדמי ורוחא תשוון בין עדרא ובין עדרא׃ 17 ופקיד ית קדמאה למימר ארי יערעינך עשו
אחי וישאלינך למימר דמאן את ולאן את אזיל ולמאן אלין דקדמך׃ 18 ותימר דעבדך דיעקב תקרובתא היא דמשלחא לרבוני
לעשו והא אף הוא אתי בתרנא׃ 19 ופקיד אף ית תנינא אף ית תליתאה אף ית כל דאזלין בתר עדריא למימר כפתגמא הדין תמללון עם
עשו כד תשכחון יתיה׃ 20 ותימרון אף הא עבדך יעקב אתי בתרנא ארי אמר אנחיניה לרגזיה בתקרובתא דאזלא קדמי ובתר כן אחזה
אפוהי מאים יסב אפי׃ 21 ועברת תקרובתא על אפוהי והוא בת בליליא ההוא במשריתא׃ 22 וקם בליליא הוא ודבר ית תרתין
נשוהי וית תרתין לחינתיה וית חד עשר בנוהי ועבר ית מעבר יובקא׃ 23 ודברינון ואעברינון ית נחלא ואעבר ית דיליה׃
24 וישתאר יעקב בלחודוהי ואשתדל גבר עמיה עד מיסק צפרא׃ 25 וחזא ארי לא יכיל ליה וקריב בפתי ירכיה וזע פתי ירכא דיעקב
באשתדלותיה עמיה׃ 26 ואמר שלחני ארי סליק צפרא ואמר לא אשלחינך אלהין ברכתני׃

* *Sufficiat mihi ab omni iustitia, & ab omni ve-* 10
ritate, quam fecisti seruo tuo. in enim virga mea hac
transiui Iordanem hunc. nunc autem factus sum in
duas turmas. * *Erue me de manu fratris mei,* 11
de manu Esau: quia timeo eum ego, ne fortè veniēs
percutiat me, & matrem super filios.
* *Tu autem dixisti: Benè tibi faciam: & ponam* 12
semen tuum sicut arenam maris, quæ nō numerabi-
tur præ multitudine.
* *Et dormiuit illic nocte illa. & accepit de qui-* 13
bus ferebat dona, & misit Esau fratri suo.
* *Capras ducentas, hircos viginti: oues ducen-* 14
tas, arietes viginti:
* *Camelos lactantes, & filios eorum triginta:* 15
boues quadraginta, tauros viginti, asinos viginti,
& pullos decem.
* *Et dedit ea per manum seruis suis greges singu-* 16
lariter. & dixit pueris suis: Ite ante me, & spaciū
facite inter gregem & gregem.
* *Et præcepit primo, dicens: Si tibi obuiauerit* 17
Esau frater meus, et interrogauerit te, dicens, Cuius
es? & quò vadis? & cuius ea quæ vadunt ante te?
* *Dices: Serui tui Iacob: dona misit domino meo* 18
Esau: & ecce ipse post nos.
* *Et præcepit primo, & secundo, & tertio, &* 19
omnibus antecedentibus post greges istos, dicens, Se-
cundùm verbum hoc loquimini Esau, cùm inuene-
ritis eum vos. * *Et dicetis: Ecce seruus tuus ve-* 20
nit post nos. dixit enim, Placabo faciem eius in donis
præcedentibus: & post hoc videbo faciem eius: for-
sitan enim suscipiet faciem meam.
* *Et præcesserunt munera ante faciem suam.* 21
* *Ipse autem dormiuit nocte illa in castris. Sur-* 22
gens autem nocte illa, accepit duas mulieres, et duas
ancillas, & vndecim filios suos, & transiuit tran-
situm Iaboch. * *Et accepit eos, & transiuit tor-* 23
rentem: & traduxit omnia sua.
* *Relictus est autem Iacob solus. & luctabatur* 24
homo cum eo vsque ad mane. * *Vidit autem quòd* 25
non potest ad eum. & tetigit latitudinem femoris e-
ius, & emarcuit latitudo femoris Iacob cùm lucta-
retur ipse cum eo. * *Et dixit ei: Dimitte me. a-* 26
scendit enim diluculum. ille autem dixit: Non te di-
mittam, nisi mihi benedixeris.

10 * ἱκανούσθω μοι ἀπὸ πάσης δικαιοσύνης, καὶ ἀπὸ πάσης ἀ-
ληθείας, ἧς ἐποίησας τῷ παιδί σου. ἐν γὰρ τῇ ῥάβδῳ μου ταύτῃ
διέβην τὸν ἰορδάνην τοῦτον. νυνὶ δὲ γέγονα εἰς δύο παρεμβο-
11 λάς. * ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀδελφοῦ μου, ἐκ χειρὸς
ἠσαῦ· ὅτι φοβοῦμαι αὐτὸν ἐγώ, μή ποτε ἐλθὼν πατάξῃ με, καὶ
12 μητέρα ἐπὶ τέκνοις. * σὺ δὲ εἶπας, εὖ σοι ποιήσω. καὶ θή-
σω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης, ἣ οὐκ ἀρι-
13 θμηθήσεται ὑπὸ τοῦ πλήθους. * καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ τὴν
νύκτα ἐκείνην. καὶ ἔλαβεν ὧν ἔφερε δῶρα, καὶ ἐξαπέστειλεν ἠ-
14 σαῦ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ· * αἶγας διακοσίας, τράγους
15 εἴκοσι, πρόβατα διακόσια, κριοὺς εἴκοσι· * καμήλους
θηλαζούσας, καὶ τὰ παιδία αὐτῶν τριάκοντα, βόας τεσσαρά-
κοντα, ταύρους εἴκοσι, ὄνους εἴκοσι, καὶ πώλους δέκα.
16 * καὶ ἔδωκεν αὐτὰ διὰ χειρὸς τοῖς παισὶν αὐτοῦ ποίμνια
κατὰ μόνας. καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ, πορεύεσθε ἔμπροσθέν
μου, καὶ διάστημα ποιεῖτε ἀναμέσον ποίμνης καὶ ποίμνης.
17 * καὶ ἐνετείλατο τῷ πρώτῳ, λέγων, ἐάν σοι συναντήσῃ ἠ-
σαῦ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἐρωτᾷ σε, λέγων, τίνος εἶ; καὶ ποῦ πο-
ρεύῃ; καὶ τίνος τὰ πορευόμενα ἔμπροσθέν σου;
18 * ἐρεῖς, τοῦ παιδός σου ἰακώβ, δῶρα ἀπέσταλκε τῷ κυρίῳ μου
19 ἠσαῦ· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ὀπίσω ἡμῶν. * καὶ ἐνετείλατο τῷ πρώ-
τῳ, καὶ τῷ δευτέρῳ, καὶ τῷ τρίτῳ, καὶ πᾶσι τοῖς προπορευομένοις
ὀπίσω τῶν ποιμνίων τούτων, λέγων, κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο λαλή-
20 σατε ἠσαῦ ἐν τῷ εὑρεῖν αὐτὸν ὑμᾶς. * καὶ ἐρεῖτε, ἰδοὺ ὁ
παῖς σου παραγίνεται ὀπίσω ἡμῶν. εἶπε γάρ, ἐξιλάσομαι τὸ πρό-
σωπον αὐτοῦ ἐν τοῖς δώροις τοῖς προπορευομένοις, καὶ μετὰ τοῦτο
ὄψομαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· ἴσως γὰρ προσδέξεται τὸ πρόσωπόν
21 μου. * καὶ παρεπορεύετο τὰ δῶρα κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ.
22 * αὐτὸς δὲ ἐκοιμήθη τὴν νύκτα ἐκείνην ἐν τῇ παρεμβο-
λῇ. ἀναστὰς δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἔλαβε τὰς δύο γυναῖκας,
καὶ τὰς δύο παιδίσκας, καὶ τὰ ἕνδεκα παιδία αὐτοῦ, καὶ διέβη
23 τὴν διάβασιν τοῦ ἰαβώχ. * καὶ ἔλαβεν αὐτούς, καὶ διέβη
τὸν χειμάῤῥουν. καὶ διεβίβασε πάντα τὰ αὐτοῦ.
24 * ὑπελείφθη δὲ ἰακὼβ μόνος. καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος
25 μετ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ. * εἶδε δέ, ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτόν. καὶ ἥ-
ψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ
26 μηροῦ ἰακὼβ ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ. * καὶ εἶπεν
αὐτῷ, ἀπόστειλόν με. ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. ὁ δὲ εἶπεν, οὐ μή σε ἀ-
ποστείλω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

10 Minora sunt merita mea omnibus misericordiis & beneficiis quæ fecisti cum seruo tuo; quoniam solus transiui Iordanem istum, & nunc factus sum in duas turmas. 11 Libera me, obsecro, de manu fratris mei, de manu Esau: quoniam ego timeo eum, ne fortè veniat & interficiat matrem cum filiis. 12 Tu autem dixisti, Benefaciens benefaciam tibi: & ponam filios tuos multos, quasi arenam maris, qui non numerabuntur præ multitudine. 13 Et dormiuit ibi in nocte illa: & tulit de his quæ habebat in manu sua munus Esau fratri suo: 14 Capras ducentas, & hircos viginti: oues ducentas, & arietes viginti: 15 Camelos lactantes, & filios earum triginta, vaccas quadraginta, & tauros decem; asinas viginti & pullos decem. 16 Et tradidit in manum seruorum suorum singulos greges seorsum. & ait seruis suis: Transite ante me, & ponetis spacium inter gregem & gregem. 17 Et præcepit primo, dicens: Si obuiauerit tibi Esau frater meus, & interrogauerit te, dicens: Cuius es tu? & quò vadis? & cui sunt ista quæ ducis ante te? 18 Dices: Serui tui Iacob: munus est missum domino meo Esau: & ecce ipse quoque venit post nos. 19 Et præcepit etiam secundo & tertio, omnibus quoque qui sequebantur greges, dicens: Secundùm verbum hoc loquimini cum Esau, quando inueneritis eum: 20 Dicetisque: Ecce quoque seruus tuus Iacob venit post nos: quia dixit, Quiescere faciam iram eius munere quod præcedit ante me; & posteà videbo faciem eius: forsitan suscipiet faciem meam. 21 Et processit munus ante faciem suam: & ipse dormiuit nocte illa in castris. 22 Et surrexit ipsa nocte, & tulit duas vxores suas, & duas concubinas suas, & vndecim filios suos, & transiuit vadum Iaboch. 23 Et tulit eos, & traduxit eos per torrentem, & traduxit omnia sua. 24 Et remansit Iacob solus, & luctabatur vir cum eo, donec ascendit aurora. 25 Et vidit quòd non potuisset cum eo: & tetigit in palmam femoris eius, & commota est palma femoris Iacob cùm luctaretur cum eo. 26 Et ait: Dimitte me: quia ascendit aurora. & dixit ei: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

27 וַיֹּאמֶר אֵלָיו מַה־שְּׁמֶךָ וַיֹּאמֶר יַעֲקֹב׃ וַיֹּאמֶר
28 לֹא יַעֲקֹב יֵאָמֵר עוֹד שִׁמְךָ כִּי אִם־יִשְׂרָאֵל כִּי־שָׂרִיתָ עִם־
29 אֱלֹהִים וְעִם־אֲנָשִׁים וַתּוּכָל׃ וַיִּשְׁאַל יַעֲקֹב וַיֹּאמֶר
הַגִּידָה־נָּא שְׁמֶךָ וַיֹּאמֶר לָמָּה זֶּה תִּשְׁאַל לִשְׁמִי וַיְבָרֶךְ
30 אֹתוֹ שָׁם׃ וַיִּקְרָא יַעֲקֹב שֵׁם הַמָּקוֹם פְּנִיאֵל כִּי־
רָאִיתִי אֱלֹהִים פָּנִים אֶל־פָּנִים וַתִּנָּצֵל נַפְשִׁי׃
31 וַיִּזְרַח־לוֹ הַשֶּׁמֶשׁ כַּאֲשֶׁר עָבַר אֶת־פְּנוּאֵל וְהוּא צֹלֵעַ
32 עַל־יְרֵכוֹ׃ עַל־כֵּן לֹא־יֹאכְלוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל אֶת־גִּיד
הַנָּשֶׁה אֲשֶׁר עַל־כַּף הַיָּרֵךְ עַד הַיּוֹם הַזֶּה כִּי נָגַע בְּכַף־
יֶרֶךְ יַעֲקֹב בְּגִיד הַנָּשֶׁה׃

לג

1 וַיִּשָּׂא
יַעֲקֹב עֵינָיו וַיַּרְא וְהִנֵּה־עֵשָׂו בָּא וְעִמּוֹ אַרְבַּע מֵאוֹת
אִישׁ וַיַּחַץ אֶת־הַיְלָדִים עַל־לֵאָה וְעַל־רָחֵל וְעַל
2 שְׁתֵּי הַשְּׁפָחוֹת׃ וַיָּשֶׂם אֶת־הַשְּׁפָחוֹת וְאֶת־יַלְדֵיהֶן
רִאשֹׁנָה וְאֶת־לֵאָה וִילָדֶיהָ אַחֲרֹנִים וְאֶת־רָחֵל וְאֶת־
3 יוֹסֵף אַחֲרֹנִים׃ וְהוּא עָבַר לִפְנֵיהֶם וַיִּשְׁתַּחוּ אַרְצָה
4 שֶׁבַע פְּעָמִים עַד־גִּשְׁתּוֹ עַד־אָחִיו׃ וַיָּרָץ עֵשָׂו
לִקְרָאתוֹ וַיְחַבְּקֵהוּ וַיִּפֹּל עַל־צַוָּארָו וַיִּשָּׁקֵהוּ וַיִּבְכּוּ׃
5 וַיִּשָּׂא אֶת־עֵינָיו וַיַּרְא אֶת־הַנָּשִׁים וְאֶת־הַיְלָדִים
וַיֹּאמֶר מִי־אֵלֶּה לָּךְ וַיֹּאמַר הַיְלָדִים אֲשֶׁר־חָנַן
6 אֱלֹהִים אֶת־עַבְדֶּךָ׃ וַתִּגַּשְׁןָ הַשְּׁפָחוֹת הֵנָּה וְיַלְדֵיהֶן
7 וַתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ׃ וַתִּגַּשׁ גַּם־לֵאָה וִילָדֶיהָ וַיִּשְׁתַּחֲווּ וְאַחַר
8 נִגַּשׁ יוֹסֵף וְרָחֵל וַיִּשְׁתַּחֲווּ׃ וַיֹּאמֶר מִי לְךָ כָּל־הַמַּחֲנֶה
הַזֶּה אֲשֶׁר פָּגָשְׁתִּי וַיֹּאמֶר לִמְצֹא־חֵן בְּעֵינֵי אֲדֹנִי׃
9 וַיֹּאמֶר עֵשָׂו יֶשׁ־לִי רָב אָחִי יְהִי לְךָ אֲשֶׁר־לָךְ׃
10 וַיֹּאמֶר יַעֲקֹב אַל־נָא אִם־נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ
וְלָקַחְתָּ מִנְחָתִי מִיָּדִי כִּי עַל־כֵּן רָאִיתִי פָנֶיךָ כִּרְאֹת פְּנֵי
11 אֱלֹהִים וַתִּרְצֵנִי׃ קַח־נָא אֶת־בִּרְכָתִי אֲשֶׁר
הֻבָאת לָךְ כִּי־חַנַּנִי אֱלֹהִים וְכִי יֶשׁ־לִי־כֹל וַיִּפְצַר־
בּוֹ וַיִּקָּח׃

27 * Ait ergo: Quod est nomẽ tibi? Respondit:
28 Iacob. * At ille: Nequaquã, inquit, Iacob ap- Inf.35.b
pellabitur nomẽ tuum, sed Israel: quoniam si
contra Deũ fortis fuisti, quanto magis contra
29 homines præualebis? *Interrogauit eũ Iacob:
Dic mihi quo appellaris nomine. Respondit:
Cur quæris nomen meum? & benedixit ei in Iud.13.c
30 eodẽ loco. *Vocauitq; Iacob nomẽ loci illius,
Phanuel: dicens: Vidi Deum facie ad faciẽ: &
31 salua facta est anima mea. *Ortusq; est ei statĩ
sol, postquam transgressus est Phanuel. ipse ve
32 rò claudicabat pede. *Quã ob causam non co
medunt neruũ filij Israel, qui emarcuit in fe-
more Iacob, vsq; in præsentem diem, eo quòd
tetigerit neruũ femoris eius, & obstupuerit.

CAP. XXXIII.

1 A ELeuans autem Iacob oculos, vidit veniẽtẽ
Esau, & cũ eo quadringentos viros. Diui-
sitq; filios Liẽ & Rachel, ambarumq; famula-
2 rum. *Et posuit vtrãq; ancillam & liberos ea-
rum in principio, Liã verò & filios eius in se-
cundo loco, Rachel autem & Ioseph nouissi-
3 mos. *Et ipse progrediens, adorauit pronus in
terram septies, donec appropinquaret frater
4 eius. *Currens itaque Esau obuiam fratri suo,
amplexatus est eum: stringẽsque collum eius,
5 & osculans, fleuit. *Leuatisq; oculis, vidit mu-
lieres & paruulos earum: & ait, Quid sibi vo-
lunt isti? & si ad te ptineant? Respõdit: Paruu
6 li sunt quos donauit mihi Deus seruo tuo. *Et
B appropinquãtes ancillæ & filij earũ, incuruati
7 sunt. *Accessit quoq; Lia cũ pueris suis; & cũ
similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel
8 adorauerũt. *Dixitq; Esau: Quęnã sunt istę tur
mæ quas obuiã habui? Respondit: Vt inuenirẽ
9 gratiã corã dño meo. *At ille ait: Habeo pluri-
10 ma, frater mi. sint tua tibi. *Dixitque Iacob:
Noli ita, obsecro: sed si inueni gratiam in ocu- 2.Re.19.c
lis tuis, accipe munusculum de manibus meis.
Sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vul
11 tum Dei. esto mihi propitius: * Et suscipe be- 1.Reg.25.d
